Mey., Hendrick Willem van der
Studia Theognidea

GYMNASIUM

MET VIJFJARIGEN CURSUS

TE

LEIDEN.

JAARCURSUS
1868-1869.

—

INHOUD.

VERSLAG AANGAANDE DEN JAARCURSUS
1868—1869.

VERHANDELING VAN D^{R}. H. W. VAN DER MEY,
Prorector des Gymnasiums,
STUDIA THEOGNIDEA.

GYMNASIUM

MET VIJFJARIGEN CURSUS

TE

LEIDEN.



JAARCURSUS

1868—1869.



Te Leiden ter boekdrukkerij van De Breuk & Smits.

STUDIA THEOGNIDEA.

Ex typographeo De Breuk & Smits.

STUDIA THEOGNIDEA.

SCRIPSIT

H. W. VAN DER MEY,

LITT. DOCT.,

GYMNASII LEIDENSIS PRORECTOR.

Ἕτερος ἐξ ἑτέρου σοφὸς τό τε πάλαι τό τε νῦν. οὐδὲ γὰρ ῥᾷστον ἀρρήτων ἐπέων πύλας ἐξευρεῖν. BACCHYLIDES.

Quum alia multa Solon fertur recte dixisse, tum illud: *πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί.* Non tantum in eos poetas hoc dictum valet, qui veris ficta miscentes res magnas in maius extollant, sed etiam in eos qui tanquam vates futura canant. Theognis Megarensis, si quisquam alius, ad testimonium huius rei vocari potest. Legimus enim in Theognideis vs. 19 sqq.:

Κύρνε, σοφιζομένῳ μὲν ἐμοὶ σφρηγὶς ἐπικείσθω
τοῖσδ' ἔπεσιν, λήσει δ' οὔποτε κλεπτόμενα.
οὐδέ τις ἀλλάξει κάκιον τοὐσθλοῦ παρεόντος·
ὧδε δὲ πᾶς τις ἐρεῖ· Θεύγνιδός ἐστιν ἔπη
τοῦ Μεγαρέως· [1])

Iam vero quid ex his praedictis non irritum fuit? Sigillum, quod suis versibus poeta se impressisse praedicat, satis brevi tempore detritum esse videtur. Tum exstiterunt qui,

---

[1]) Sequor et hic et ubique Th. Bergkii editionem quae invenitur in Poet. Lyr. Gr. ed. III a. 1866, vel minorem quae est in Anthol. Lyr. ed. II a. 1868. Minor plane iisdem typis ac maior impressa est, quod nulla re magis probatur quam eo quod in utraque editione vss. 95, 257, 1340 prorsus eadem menda typographica, *ἀτὴρ* pro *ἀνὴρ*, *ἀλλά* pro *ἀλλὰ*, *ἐγῶ* pro *ἐρῶ*, reperiuntur. Quamquam Bergkii auctoritas multum apud me valere debet, ut valet, tamen ut eo auctore *γίνομαι* scriberem a me impetrare non potui. Hoc annotavi ne quis me negligentiae accusaret.

ab omni periculo tuti, partem verborum e Theognideis furarentur. Neque defuerunt qui bene moratos ac sinceros versus pessime moratis ac parodiis mutarent, nec qui hoc suppositicium genus pro germano sibi dari facile paterentur. Et quo magis etiam exspectatio poetae deciperetur, accidit ut nescio qui ex eius elegiis excerperent quae placebant, quo facto pristinae elegiae paulatim in oblivionem abirent. Nequedum satis miseriarum erat, sed veluti cumulus accessit etiam ut haec electa diversissimorum poetarum fragmentis permiscerentur. Quibus omnibus rebus factum est, ut inter eos versus qui Theognidis nomine circumferuntur permulti sint, quorum auctorem vel diu meditati posteri ignorent, nedum unusquisque primo obtutu Theognidem auctorem agnoscat.

Carmina quae Theognidis nomen prae se ferunt e diversis esse conflata primus, quantum scio, docuit Camerarius. Dicit enim in prolegomenis ad Theognidis editionem [1]: *νῦν δὲ φανερόν, ὅτι τὰ Θεόγνιδος ἐπιγραφὴν ἔχοντα ἔπη συναθροισμός τίς ἐστι ποιημάτων κτέ.* Nondum cognoverat vir summus postremam partem incipientem a vs. 1231, quae inscribitur *ΕΛΕΓΕΙΩΝ Β'*. Hanc primus vulgavit I. Bekker e codice Mutinensi qui vocatur, qui solus eam continet [2].

---

[1]) Utor editione Basileensi, cuius epistola nuncupatoria scripta est a. 1550.

[2]) Servatur Parisiis, signatus in Supplem. catal. nr. 388. Habet folia 112, quibus continentur: *Ὁμηρόκεντρα*, a folio 1 usque ad fol. 43 v.; Epigramma in imaginem occasionis, 44 r.; Scholia in Dionysii *Περιήγησιν*, 44 v; *Θεόγνιδος ἐλεγείων α'*, 45 r.—71 r.: *ἐλεγείων β'*, 71 r.—73 v.; *Φωκυλίδου φιλοσόφου ποίησις ὠφέλιμος*, 74 v.—79 r.; *Κολούθου ποιητοῦ Λυκοπολίτου ἁρπαγὴ τῆς Ἑλένης*, 79 r.—87 r.; *Διονυσίου οἰκουμένης περιήγησις*, 87 r.—112 v. — Summam codicis comperi ex oculato teste, qui praeterea partem Theognideorum satis magnam a se transscriptam mihi humanissime utendam dedit.

Post Mutinensem, unum omnium praestantissimum, maximi momenti est Vaticanus nr. 915 et Venetus Marc. nr. 522. Venetum autem e Vaticano descriptum esse probaverunt Chr. Ziegler et A. Hart in Iahnii Annall. 1868 p. 329 sqq. Cf. praefatio novissimae Theognidis elegiarum editionis, quam e codd. Mut., Venet. et Vatic. curavit Chr. Ziegler, 1868 Tubingae. De tribus codicibus inter se collatis docte et copiose Bergk in Museo Rhen. 1845 p. 206. sqq. Praeterea

Camerarii vestigiis et alii ingressi sunt et imprimis F. G. Welcker, qui Theognidis reliquias novo ordine disposuit, commentationem criticam et notas adiecit. Editio Welckeriana, quae prodiit a. 1826, abundat doctrina atque plena est bonae frugis, tum propter utilitatem commentationis et annotationum, tum propterea quod ex aliis omne genus scriptoribus similes loci ad imas paginas allati sunt. Dividit Welcker Theognidea in Gnomas ad Cyrnum, Gnomas et Polypaedam, Carmina convivalia, Epigrammata, Parodias, Fragmenta aliorum poëtarum, Musam puerilem. Quidquid de hac divisione dicendum est, id sine dubio Welcker erravit, quod non tantum in commentatione sed etiam in ipsis versibus ordinandis eam secutus est. Quae ratio quam incommoda sit ostendit Geel in operis Welckeriani erudita et copiosa recognitione, quae legitur Bibl. Crit. Nov. 1828 IV p. 209 sqq. Cum Geelio consentit Schneidewin in Delectu poetarum elegiac. graec. p. 52. Bene factum quod posteriores editores omnes, Orelli, Bergk, alii codicum ordinem servarunt. Sed rursus alia res metuenda est. Numerus enim poetarum quibus aliqua pars miscellorum carminum tribuitur perpetuo crescit. Sunt in Theognideis quatuor admonitiones incipientes a verbis: μηδὲν ἄγαν [1]). Huius vocis memores videant critici ne Theognis ipse sua parte defraudetur. Praeterea reputare velint aliud esse fragmentum aliquod abiudicare a Theognide, aliud certo cuidam poetae idem fragmentum vindicare.

Iam dicendum est quid mihi propositum sit. Conabor ad meliorem cognitionem Theognideae farraginis nonnihil afferre. Hanc rem ita volo efficere, ut primo Theognidis reliquias adumbrem, tum locos imitando expressos, tertio parodias, quarto fragmenta quae veteres aliis poetis tribuerunt; porro in quinto capite brevissime attingam exiguam particulam quaestionis, quam rationem is qui haec omnia in unum col-

---

lectu dignissima sunt quae de Theognideis codd. disputavit Fr. Nietzsche in commentatione zur Geschichte der Theognideischen Spruchsammlung, quae est in Museo Rhen. 1867 p. 161—200.

[1]) Vs. 219, 335, 401, 657.

legit in comportando secutus sit; postremo nonnullos locos singulatim tractabo. Quum autem res in singulis capitibus tractandae nonnunquam adeo inter se coniunctae sint, ut altera alteri tanquam supplemento sit, nec definiri possit ubi altera desinat altera incipiat, atque taedeat eundem locum saepius tractare, fines capitum ita constituam ut aliquoties excurram. Si qui erunt qui illud iudicium: *Τουτὶ μὲν ἤδη πρὶν Θέογνιν γεγονέναι* [1]) de hoc scripto ferant, eosdem admonitos volo Bacchylidis fragmenti in fronte positi. Tantum dico me operam dedisse ut suum cuique tribuerem. Hinc spes me tenet fore ut meum mihi tribuatur.

I.

Pro comperta re haberi potest Theognidem, Megaris iuxta Atticam oriundum, sexto saeculo a. Chr. n. exeunte, quinto ineunte floruisse [2]). Itaque quos versus discipuli Socratis et Aristoteles Theognidis esse testificantur, iis iuxta locum in principio memoratum fundamento quaestionis uti licet. Ordinem ducat Xenophon. Est locus insignis in Stob. Flor. lib. LXXXVII, 14. Lemma est: *Ξενοφῶντος ἐκ τοῦ περὶ Θεόγνιδος* [3]). Non possum non maiorem partem loci exscribere. *Θεόγνιδός ἐστιν ἔπη τοῦ Μεγαρέως. οὗτος δὲ ὁ ποιητὴς περὶ οὐδενὸς ἄλλου λόγον πεποίηται ἢ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας ἀνθρώπων, καὶ ἔστιν ἡ ποίησις σύγγραμμα περὶ ἀνθρώπων, ὥσπερ εἴ τις ἱππικὸς ὢν συγγράψειε περὶ ἱππικῆς. ἡ οὖν ἀρχή μοι δοκεῖ τῆς ποιήσεως ὀρθῶς ἔχειν· ἄρχεται γὰρ πρῶτον ἀπὸ τοῦ εὖ γενέσθαι. ᾤετο γὰρ οὔτε ἄνθρωπον οὔτε τῶν ἄλλων οὐδὲν ἂν ἀγαθὸν εἶναι, εἰ μὴ τὰ γεννήσοντα ἀγαθὰ εἴη. ἔδοξεν οὖν αὐτῷ παραδείγμασι τοῖς ἄλλοις ζῴοις*

---

1) Plut. de Pyth. orac. cap. 3, cum princ. philosoph. esse cap. 2.

2) Vid. Welcker p. XVI; Clinton Fast. Hell. ad Ol. 59, 1.

3) Meineke (Stob. Flor. Teubn. III p. XXIX) non dubitat quin nomen Xenophontis corruptum sit, Bergk (p. 497) suspicatur locum petitum esse ex opusculo Antisthenis. Praestantia loci in controversiam non vocatur.

χρήσασθαι, ὅσα μὴ εἰκῇ τρέφεται, ἀλλὰ μετὰ τέχνης ἕκαστα θεραπεύεται, ὅπως ὡς γενναιότατα ἔσονται. δηλοῖ δ' ἐν τοῖσδε τοῖς ἔπεσι

Κριοὺς μὲν καὶ ὄνους διζήμεθα, Κύρνε, καὶ ἵππους
εὐγενέας, καί τις βούλεται ἐξ ἀγαθῶν
κτήσασθαι·[1]) γῆμαι δὲ κακὴν κακοῦ οὐ μελεδαίνει
ἐσθλὸς ἀνήρ, ἤν τις χρήματα πολλὰ διδῷ.
οὐδὲ γυνὴ κακοῦ ἀνδρὸς ἀναίνεται εἶναι ἄκοιτις
πλουσίου, ἀλλ' ἀφνεὸν βούλεται ἀντ' ἀγαθοῦ.
χρήματα γὰρ τιμῶσι· καὶ ἐκ κακοῦ ἐσθλὸς ἔγημε,
καὶ κακὸς ἐξ ἀγαθοῦ· πλοῦτος ἔμιξε γένος.

Theognide quo nunc utimur comparato, videmus illos versus vulgo numerari 183—190. Welcker vero ob Xenophontis verba in sua editione ad initium eos transtulit. Apollinis, Dianae, Musarum Gratiarumque invocationes et Phoebi laudem ad carmina convivalia removit, Dianae invocationem alibi quidem posuit, sed Theognidi adimere vetitus est ab Aristotele. Hic enim Eth. Eudem. VII, 10, 21 dicit: ἐνδέχεται δ' εἶναι ὅπερ λέγει Θέογνις

(11) σοὶ μὲν τοῦτο, θεά, σμικρόν, ἐμοὶ δὲ μέγα.

---

[1]) Mut. exhibet βήσεσθαι, quatuor codd. peiores βήθεσθαι, margo Vat. Palat. 102 βίνεσθαι. Nisi fallor, hoc vult Theognis: „arietes quidem et asinos et equos quaerimus melioris notae, et quisque nostrum cupit se nobili genere natum esse, sed uxorem de plebecula ducere nobilem virum non pudet, dummodo magnam vim pecuniae in dotem accipiat." Vix autem opus est dicere verbum κτήσασθαι hanc sententiam non admittere. Camerarius, qui legit βήσεσθαι, annotat: τοῦτ' ἔστι, πᾶς τις ἐθέλει ἐπιβήσεσθαι ἀγαθοὺς τῶν ἀρρένων ταῖς αὑτοῦ θήλεσι, ut ἐξ ἀγαθῶν breviter dictum sit pro ἐξ ἀγαθῶν ὄντας ἵππους. Bergk hanc lectionem et interpretationem tuetur. Merito tamen dubitet quispiam num lectio cum ratione Graeci sermonis, interpretatio cum Theognidis sententia congruat. Veram lectionem puto latere in margine Vaticani et esse γίνεσθαι, quod in codd. pro γίγνεσθαι scribi solere non est quod moneam. Quamquam autem mihi persuasum est Theognidis sententiam id postulare quod latine expressi, tamen non ausus fuissem praesenti γίγνεσθαι hanc significationem tribuere, nisi in Steph. Thes. ed. Dind. invenissem exemplum e VV. LL. allatum γίγνεσθαι τυράννου πατρός.

Quo iure Welcker omnes deos deasque exordio detruserit non video. Xenophontis verba non postulant. Nam hic tantum ad rem quae Theognideae poesi subiecta est animum attendit. Cur vero quod tantum non omnes poetae faciunt, ut ad carmen pangendum aggressi alicuius dei auxilium implorent, id Theognidi facere non liceat? Neque intelligo qua in re Apollinis imploratio a Dianae tam multum differat ut in aliud genus referenda sit. Utut est, constat eundem poetam non a quatuor deinceps invocationibus deorum incepisse. Sed redeundum ad scriptores quos testes adhibeo. Quum autem a Xenophonte iam destituar, si quidem nihil amplius ab eo ex Theognide laudatum invenitur quam vs. 35—37 [1]), alii debent prodire. Succurrit Plato, qui Men. p. 95 D Socratem et Menonem facit haec dicentes: *ΣΩ. Οἶσθα δέ ὅτι οὐ μόνον σοί τε καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς πολιτικοῖς τοῦτο δοκεῖ τοτὲ μὲν εἶναι διδακτόν, τοτὲ δ' οὔ, ἀλλὰ καὶ Θέογνιν τὸν ποιητὴν οἶσθ' ὅτι ταὐτὰ ταῦτα λέγει; MEN. Ἐν ποίοις ἔπεσιν; ΣΩ. Ἐν τοῖς ἐλεγείοις* [2]), *οὗ λέγει*

(33) *Καὶ παρὰ τοῖσιν πῖνε καὶ ἔσθιε, καὶ μετὰ τοῖσιν*
ἵζε, καὶ ἅνδανε τοῖς, ὧν μεγάλη δύναμις.
ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἄπ' ἐσθλὰ διδάξεαι· ἢν δὲ κακοῖσι
συμμιγέῃς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον·

οἶσθ' ὅτι ἐν τούτοις μὲν ὡς διδακτοῦ οὔσης τῆς ἀρετῆς λέγει; MEN. Φαίνεταί γε. ΣΩ. Ἐν ἄλλοις δέ γε ὀλίγον μεταβάς,

(435) *εἰ δ' ἦν ποιητόν, φησί, καὶ ἔνθετον ἀνδρὶ νόημα,*

λέγει πως ὅτι

(434) *πολλοὺς ἂν μισθοὺς καὶ μεγάλους ἔφερον*

---

[1]) Symp. II, 4; cf. Mem. I, II, 10; Arist. Eth. Nic. IX, 7.

[2]) Ex Menonis verbis et Socratis responso Schneidewin p. 46 contendit apparere Theognidem praeter elegias heroici etiam metri carmina condidisse. Schneidewino suffragatur Bernhardy Grundr. der Griech. Lit. ed. II p. 461. Argumento est Schneidewino quod oppositio sit inter *ἔπη* et *ἐλεγεῖα*. Si meminisset *Θεύγνιδός ἐστιν ἔπη*, dubito num hoc argumentum ei in mentem incidisset. Neque debuerat negligere verba *οὗ λέγει*. Quae Meno dicit idem fere significant ac *ποῦ*, nam *ποῖος* hoc loco nihil differt a *τίς*, ut Crat. p. 408 B et passim. Itaque rogat Meno: *quo loco?* Respondet Socr.: *ubi in elegiis dicit* cet.

οἱ δυνάμενοι τοῦτο ποιεῖν, καὶ

(436) οὔ ποτ' ἂν ἐξ ἀγαθοῦ πατρὸς ἔγεντο κακός,
πειθόμενος μύθοισι σαόφροσιν· ἀλλὰ διδάσκων
οὔποτε ποιήσεις τὸν κακὸν ἄνδρ' ἀγαθόν [1]).

Huc tertium locum addit Plato Legg. I. p. 630: ποιητὴν δὲ καὶ ἡμεῖς μάρτυρα ἔχομεν, Θέογνιν, πολίτην τῶν ἐν Σικελίᾳ Μεγαρέων [2]), ὅς φησι

(77) Πιστὸς ἀνὴρ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ἀντερύσασθαι
ἄξιος ἐν χαλεπῇ, Κύρνε, διχοστασίῃ.

Postremus testis prodit Aristoteles, dicens Eth. Eudem. VII, 2, 40:

δεῖ γὰρ πεῖραν λαβεῖν, ὥσπερ λέγει καὶ Θέογνις

(125) οὐ γὰρ ἂν εἰδείης ἀνδρὸς νόον οὐδὲ γυναικός
πρὶν πειρηθείης ὥσπερ ὑποζυγίου.

et Eth. Eud. III, 2, 29: καὶ γὰρ ἂν ἡ ἰσχὺς καὶ ὁ πλοῦτος κατὰ Θέογνιν ἀνδρεῖα εἶεν.

(177) πᾶς γὰρ ἀνὴρ πενίῃ δεδμημένος.

Videamus quid lucri testimonia praebeant. Sine ulla controversia plurimum prodest locus Xenophontis, quoniam proprietatem Theognideae poesis indicat. Hinc enim cognoscimus Theognidem de nulla alia re carmina fecisse quam de virtutibus et vitiis hominum. Quid autem virtus habeatur, quid vitium, non separatim intelligi potest, sed in unaquaque re definiendum est. Theognidi boni fere sunt ii quorum partes sequitur in republica [3]). Favet poeta no-

---

[1]) Cf. vs. 305—9:

Τοὶ κακοὶ οὐ πάντως κακοὶ ἐκ γαστρὸς γεγόνασιν,
ἀλλ' ἄνδρεσσι κακοῖς συνθέμενοι φιλίην
ἔργα τε δειλ' ἔμαθον καὶ ἔπη δύσφημα καὶ ὕβριν
ἐλπόμενοι κείνους πάντα λέγειν ἔτυμα.

[2]) Planum fecit Welcker p. XIV, Kallii et Passovii opinionem confirmans, Platonem dicere Theognidem a Megarensibus Siciliae civem adscitum esse. Scholiastes, omissus a Welckero, in eandem sententiam hunc locum explicat: τί δὲ ἐκώλυεν αὐτὸν ἐκ ταύτης μὲν εἶναι τῆς Μεγαρίδος, ἀπελθόντα δὲ εἰς Σικελίαν, ὡς ἡ ἱστορία ἔχει, γενέσθαι νόμῳ Μεγαρέα ἐκεῖ, ὡς καὶ τὸν Τυρταῖον Λακεδαιμόνιον; Monet hoc Geel p. 226.

[3]) Vid. Welck. p XX. sqq.

bili genere natis, quaeque in iis laudanda esse censet eas potissimum virtutes, quae vituperanda, ea vitia putat. Ut breviter dicam, Theognis est poeta politicus. Eo fit ut in vocabulis *ἐσθλός* et *ἀγαθός* moralis significatio cum civili artissime cohaereat. Res ipsa loquitur idem usu venire in vocabulis *δειλός* et *κακός*, atque malos esse homines obscuro genere natos. Malos Theognis quam maxime contemnit:

(797) *Τοὺς ἀγαθοὺς ἄλλος μάλα μέμφεται, ἄλλος ἐπαινεῖ·*
τῶν δὲ κακῶν μνήμη γίγνεται οὐδεμία.

Sed quamvis invitus, tamen coactus est eos aliquo loco habere. Nam paulatim tota ratio reipublicae commutata est:

(53) *Κύρνε, πόλις μὲν ἔθ' ἥδε πόλις, λαοὶ δὲ δὴ ἄλλοι,*
οἳ πρόσθ' οὔτε δίκας ᾔδεσαν οὔτε νόμους,
ἀλλ' ἀμφὶ πλευρῇσι δορὰς αἰγῶν κατέτριβον,
ἔξω δ' ὥστ' ἔλαφοι τῆσδ' ἐνέμοντο πόλεος·
καὶ νῦν εἴσ' ἀγαθοί, Πολυπαΐδη· [1]) *οἱ δὲ πρὶν ἐσθλοὶ*
νῦν δειλοί. τίς κεν ταῦτ' ἀνέχοιτ' ἐσορῶν;

Mali rem familiarem sibi pepererunt, multi boni ad inopiam redacti sunt. Haec causa est cur boni sint quos non pudeat nummis acceptis ius ac fas omne delere. Filias enim malorum ducunt suasque malis in matrimonio collocant, dum magnam ex ea re pecuniam redigant. *Πλοῦτος ἔμιξε γένος.* Cf. vs. 193—196. Tanta est vis nummorum ut ne Theognis quidem eos spernat. Quin bonos solos pecuniosos esse decebat:

(525) *Καὶ γάρ τοι πλοῦτον μὲν ἔχειν ἀγαθοῖσιν ἔοικεν,*
ἡ πενίη δὲ κακῷ σύμφορος ἀνδρὶ φέρειν.

Etenim mali fortunis abutuntur ad statum reipublicae convellendum, boni vano populo sunt arx et propugnaculum:

---

[1]) Olim scribebatur *Πολυπαίδη*, donec Elmsley nescio ubi monuit vocabulum esse quinque syllabarum. Schneidewino (p. 50) „*Πολυπαΐδης* est patronymicum Cyrni, a patris nomine *Πολυπάϊς* i. e. *Πολυπάμων*, forma Doriensibus sueta." — Welcker (p. CI) Polypaïdam a Cyrno diversum esse gnomasque ad Polypaïdam separatum Theognidis librum fuisse putat. Si vero *Πολυπαΐδης* alius esset ac *Κύρνος*, versus 57—60 a superioribus segregandi essent. Sed compone mihi vs. 1109—1114. Num quid aliud continent quam excerptum e vs. 53—60 et 183—192 conflatis? Nonne hinc apparet omnes eos versus ita inter se connexos et aptos esse ut *Πολυπαΐδης* idem qui *Κύρνος* esse debeat?

(233) Ἀκρόπολις καὶ πύργος ἐὼν κενεόφρονι δήμῳ,
Κύρν', ὀλίγης τιμῆς ἔμμορεν ἐσθλὸς ἀνήρ.

Cf. vs. 319—323. Exsistùnt inter malos demagogi qui res novas moliantur et bonos a gubernaculis deiiciant:

(855) Πολλάκι δὴ πόλις ἥδε δι' ἡγεμόνων κακότητα
ὥσπερ κεκλιμένη ναῦς παρὰ γῆν ἔδραμεν.

Cf. vs. 39—42. Non de patriae commodis, sed de suis isti cogitant. Ex intemperantia principum populi licentia fiat necesse est:

(289) Νῦν δὲ τὰ τῶν ἀγαθῶν κακὰ γίγνεται ἐσθλὰ κακοῖσιν
ἀνδρῶν· ἡγέονται δ' ἐκτραπέλοισι νόμοις·
αἰδὼς μὲν γὰρ ὄλωλεν· ἀναιδείη δὲ καὶ ὕβρις
νικήσασα δίκην γῆν κατὰ πᾶσαν ἔχει.

Itaque respublica, quae si boni principatum obtinerent salva foret, malorum dominatu stare non poterit:

(43) Οὐδεμίαν πω, Κύρν', ἀγαθοὶ πόλιν ὤλεσαν ἄνδρες·
ἀλλ' ὅταν ὑβρίζειν τοῖσι κακοῖσιν ἅδῃ,
δῆμόν τε φθείρωσι, δίκας τ' ἀδίκοισι διδῶσιν
οἰκείων κερδέων εἵνεκα καὶ κράτεος,
ἔλπεο μὴ δηρὸν κείνην πόλιν ἀτρεμιεῖσθαι,
μηδ' εἰ νῦν κεῖται πολλῇ ἐν ἡσυχίῃ.

Cf. vs. 279—282. Nihil magis pertimescit poeta quam licentiam:

(541) Δειμαίνω μὴ τήνδε πόλιν, Πολυπαΐδη, ὕβρις,
ἥπερ Κενταύρους ὠμοφάγους, ὀλέσῃ [1]).

Cf. vs. 603—4; 833—6; 151—2. Nam licentia gignit tyrannidem:

(39) Κύρνε, κύει πόλις ἥδε, δέδοικα δὲ μὴ τέκῃ ἄνδρα
εὐθυντῆρα κακῆς ὕβριος ἡμετέρης.

Cf. vs. 52. Neque vanam fuisse Theognidis formidinem historia docet [2]). Aristoteles enim Polit. V, 4, 2 auctor est Theagenem Megaris, quemadmodum Pisistratum Athenis, odio pauperum in locupletes fretum tyrannidem occupasse.

---

[1]) Mut., Vat., Ven. ὄλεσεν, quod recepit Bergk; reliqui omnes ὀλέσῃ. Non potest ὄλεσεν defendi, nisi statuatur sententiam esse truncatam, ut subiectum ὕβρις careat suo verbo, unde pendeat τήνδε πόλιν.

[2]) Vid. Welck. p. X sqq; Grote Hist. of Gr. III p. 44 sqq.

Constat autem Theagenem Periandri Corinthii et Cylonis Atheniensis, quorum alter anno 625 Cypselo patri successit, alter circiter annum 620 rerum potiri conatus est, aequalem fuisse. »Expulso Theagene tyranno," Plutarchus ait[1]) »Megarenses aliquamdiu moderate libertate usi sunt; mox demagogis nimiam iis, ut more Platonico loquar, meramque libertatem propinantibus, prorsus depravati quum alia petulanter in divites fecerunt, tum egeni domos illorum invadentes postularunt ut splendidae epulae sibi apponerentur; quod nisi fieret vim ac libidinem in omnes exercebant. Denique facto plebiscito, a foeneratoribus usuras, quas solverant, repetierunt atque eam rem dixerunt *παλιντοκίαν*." Hanc narrationem considerantes quid miramur Theognidis tempore multos nobilium re familiari adeo comminutos fuisse, ut nobilitatem nummis postponerent? Namque patres eorum, quum procax libertas civitatem misceret, bonis eversi erant. Sed quantum ex Theognidis carminibus colligere possumus, alia fuit pars nobilium quae illos contaminare gentes indigne ferret, atque huius partis de republica sententias Theognis ligato sermone exprimit, ut dubitare haud absurdum sit fueritne Musarum amantior an factionis suae studiosior. Cui sententiae si quis pro poetae virtutibus parum laudis inesse putet, ea mihi quidem longe maxima eius laus esse videtur quod nihil antiquius habuit quam fidem, fidelitatem veritatemque. Quid prodest mentiri? Respondet poeta:

(607) *Ἀρχῇ ἔπι ψεύδους μικρὴ χάρις· ἐς δὲ τελευτήν*
αἰσχρὸν δὴ κέρδος καὶ κακόν, ἀμφότερον,
γίγνεται· οὐδέ τι καλόν, ὅτῳ ψεῦδος προσομαρτῇ
ἀνδρὶ καὶ ἐξέλθῃ πρῶτον ἀπὸ στόματος.

Vehementer queritur civibus suis nullam fidem haberi posse:

(283) *Ἀστῶν μηδενὶ πιστὸς ἐὼν πόδα τῶνδε πρόβαινε,*
μήθ' ὅρκῳ πίσυνος μήτε φιλημοσύνῃ·
μηδ' εἰ Ζῆν' ἐθέλῃ παρέχειν βασιλῆα μέγιστον
ἔγγυον ἀθανάτων, πιστὰ τιθεῖν ἐθέλων.

---

[1]) Quaestt. Gr. cap. 18.

Cf. vs. 51—8; 1135—50. Et raram esse perhibet fidelitatem amicorum:

(79) Παύρους εὑρήσεις, Πολυπαΐδη, ἄνδρας ἑταίρους
πιστοὺς ἐν χαλεποῖς πρήγμασι γιγνομένους,
οἵτινες ἂν τολμῷεν, ὁμόφρονα θυμὸν ἔχοντες,
ἶσον τῶν ἀγαθῶν τῶν τε κακῶν μετέχειν.

Cf. vs. 73—4; 115—6; 997—8; 857—60. Ipse gloriatur a se nullum unquam amicum proditum esse:

(529) Οὐδένα πω προὔδωκα φίλον καὶ πιστὸν ἑταῖρον,
οὐδ' ἐν ἐμῇ ψυχῇ δούλιον οὐδὲν ἔνι.

Cf. vs. 323—8; 415—8. Unum omnium maxime ab amicis postulat, ut candido sint animo:

(87) Μή μ' ἔπεσιν μὲν στέργε, νόον δ' ἔχε καὶ φρένας ἄλλας,
εἴ με φιλεῖς καί σοι πιστὸς ἔνεστι νόος,
ἀλλὰ φίλει καθαρὸν θέμενος νόον, ἤ μ' ἀποειπὼν
ἔχθαιρ', ἀμφαδίην νεῖκος ἀειράμενος.
ὃς δὲ μιῇ γλώσσῃ δίχ' ἔχει νόον, οὗτος ἑταῖρος
δειλός, Κύρν', ἐχθρὸς βέλτερος ἢ φίλος ὤν.

Cf. vs. 93—6; 599—602; 851—2. Et profecto quem animi candorem alios poscit, eo ipse praeditus est. Quid enim apertius dici potest quam ubi exsecratur in se ac suum caput, si amicis opem, inimicis malum non dabit:

(869) Ἔν μοι ἔπειτα πέσοι μέγας οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν
χάλκεος, ἀνθρώπων δεῖμα χαμαιγενέων,
εἰ μὴ ἐγὼ τοῖσιν μὲν ἐπαρκέσω οἵ με φιλεῦσιν,
τοῖς δ' ἐχθροῖς ἀνίη καὶ μέγα πῆμ' ἔσομαι.

Cf. vs. 1029—36. Quid candidius quam ubi hac prece Castorem et Pollucem adorat:

(1087) Κάστορ καὶ Πολύδευκες, οἳ ἐν Λακεδαίμονι δίῃ
ναίετ' ἐπ' Εὐρώτα καλλιρόῳ ποταμῷ,
εἴ ποτε βουλεύσαιμι φίλῳ κακόν, αὐτὸς ἔχοιμι·
εἰ δέ τι κεῖνος ἐμοί, δὶς τόσον αὐτὸς ἔχοι.

Cf. vs. 957—8. Si recte dictum est obsequio amicos, veritate odium pari, fortasse veritas fuit causa cur Theognis multorum odium et invidiam in se contraxerit. Temporis iniuria factum est ut praeterquam de Theagenis tyrannide et de populi furore qui illam excepit, de antiquiore Mega-

rensium historia nihil certi traditum sit. In universum comperimus factiones optimatium et popularium tam pertinaciter et tam varia fortuna inter se contendisse, ut utrique vicissim principatum obtinerent; singula facta eorumque causas ignoramus. Itaque iis quae Theognidis vitae illustrandae fuissent plane caremus. Quidquid causae fuit, tanto odio Theognis flagravit ut e possessionibus exturbatus et in exsilium eiectus sit:

(1197) *Ὄρνιθος φωνήν, Πολυπαΐδη, ὀξὺ βοώσης*
ἤκουσ᾽, ἥτε βροτοῖς ἄγγελος ἦλθ᾽ ἀρότου
ὡραίου· καί μοι κραδίην ἐπάταξε μέλαιναν,
ὅττι μοι εὐανθεῖς ἄλλοι ἔχουσιν ἀγρούς,
οὐδέ μοι ἡμίονοι κύφων᾽ ἕλκουσιν ἀρότρου,
τῆς αἰειμνήστης[1]) *εἵνεκα ναυτιλίης.*

Cf. vs. 833—6. Nec invitis amicis eum hanc calamitatem accepisse, patefacit querela:

(811) *Χρῆμ᾽ ἔπαθον θανάτου μὲν ἀεικέος οὔτι κάκιον,*
τῶν δ᾽ ἄλλων πάντων, Κύρν᾽, ἀνιηρότατον·
οἵ με φίλοι προὔδωκαν· ἐγὼ δ᾽ ἐχθροῖσι πελασθείς
εἰδήσω καὶ τῶν ὅντιν᾽ ἔχουσι νόον.

Cf. vs. 575—6. Praeterea profitetur se a bonis et malis pariter reprehendi:

(367) *Ἀστῶν δ᾽ οὐ δύναμαι γνῶναι νόον ὅντιν᾽ ἔχουσιν·*
οὔτε γὰρ εὖ ἕρδων ἁνδάνω οὔτε κακῶς·
μωμεῦνται δέ με πολλοί, ὁμῶς κακοὶ ἠδὲ καὶ ἐσθλοί·
μιμεῖσθαι δ᾽ οὐδεὶς τῶν ἀσόφων δύναται.

Cf. vs. 24; 287. Non solum impediverunt amici quominus e patria exterminaretur, sed ne exsulanti quidem adfuerunt:

(209) *Οὐκ ἔστιν φεύγοντι φίλος καὶ πιστὸς ἑταῖρος·*
τῆς δὲ φυγῆς ἐστὶν τοῦτ᾽ ἀνιηρότατον.

Fortunis omnibus deiectus ludibrio ab inimicis, oneri ab amicis habetur:

(1107) *Ὤ μοι ἐγὼ δειλός· καὶ δὴ κατάχαρμα μὲν ἐχθροῖς,*
τοῖς δὲ φίλοισι πόνος δεινὰ παθὼν γενόμην.

Impatiens doloris et irae Iovem precatur:

---

1) Ita Welck. scripsit de coniectura; codices *ἄλλης μνηστῆς*.

(341) Ἀλλὰ Ζεῦ τέλεσόν μοι Ὀλύμπιε καίριον εὐχήν·
δός μοι [1]) ἀντὶ κακῶν καί τι παθεῖν ἀγαθόν.
τεθναίην δ', εἰ μή τι κακῶν ἄμπαυμα μεριμνέων
εὑροίμην, δοίην δ' ἀντ' ἀνιῶν ἀνίας·
αἶσα γὰρ οὕτως ἐστί· τίσις δ' οὐ φαίνεται ἡμῖν
ἀνδρῶν, οἳ τἀμὰ χρήματ' ἔχουσι βίῃ
συλήσαντες· ἐγὼ δὲ κύων ἐπέρησα χαράδρην,
χειμάρρῳ ποταμῷ πάντ' ἀποσεισάμενος·
τῶν εἴη μέλαν αἷμα πιεῖν· ἐπί τ' ἐσθλὸς ὄροιτο
δαίμων, ὃς κατ' ἐμὸν νοῦν τελέσειε τάδε.

Cf. vs. 337—40; 361—2. Post multos errores poetae in patriam redire contigit. Sed quemadmodum quid fuerit cur in exsilium pulsus sit ignoratur, sic causa reditus in obscuro est:

(783) Ἦλθον μὲν γὰρ ἔγωγε καὶ εἰς Σικελήν ποτε γαῖαν,
ἦλθον δ' Εὐβοίης ἀμπελόεν πεδίον
Σπάρτην τ' Εὐρώτα δονακοτρόφου ἀγλαὸν ἄστυ·
καί μ' ἐφίλευν προφρόνως πάντες ἐπερχόμενον·
ἀλλ' οὔτις μοι τέρψις ἐπὶ φρένας ἦλθεν ἐκείνων.
οὕτως οὐδὲν ἄρ' ἦν φίλτερον ἄλλο πάτρης [2]).

Quod multis saepe accidit ut alicuius rei studium in aliis valde vituperent, eandem ipsi nequaquam contemnant, id in re pecuniaria Theognidi usu venisse supra vidimus. Nam huc retuli sententiam qua docemur scilicet:

(525) Esse locupletem, qui sit bonus, utile et aequum est,
Utilius vivit pauper inopsque malus [3]).

Huc etiam referendos esse censeo versus quorum Aristoteles unum affert, quosque post eum permulti veterum laudarunt:

(173) Ἄνδρ' ἀγαθὸν πενίη πάντων δάμνησι μάλιστα
καὶ γήρως πολιοῦ, Κύρνε, καὶ ἠπιάλου,

[1]) In editionibus legitur *δὸς δέ μοι*, sed *δέ* mihi ineptum esse videtur, quandoquidem ab hoc ipso versu preces incipiunt. Metro non postulatur, quia *δός μοι* cum pondere dicitur. Cf. vs. 2, 329, 368.

[2]) Cf. Harpocration i. v. *Θέογνις*.

[3]) Versionem latinam mutuatus sum ex opusculo quod inscribitur: Pythagoras, Phocylides, Theognis. Carmine Latino expressi, Petreio Tiara Frisio Medico et Graecarum Literarum, cum viveret, professore interprete. Franekerae CIↃIↃXIC.

ἣν δὴ χρὴ φεύγοντα καὶ ἐς βαθυκήτεα πόντον
ῥιπτεῖν, καὶ πετρέων, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων.
καὶ γὰρ ἀνὴρ πενίῃ δεδμημένος οὔτε τι εἰπεῖν
οὔθ' ἔρξαι δύναται, γλῶσσα δέ οἱ δέδεται.

Id ipsum in Theognideis urgetur, propterea per mare pauperiem fugiendam esse per saxa per ignes [1]), quod pauper, etiamsi in republica sit exercitatissimus, tamen non modo nihil agere possit, sed ne hiscere quidem audeat. Cf. vs. 419—20; 683—6; 815—6. Quum autem Theognis alibi licentia dicendi potius utatur quam reticentia, neque tamen fieri possit quin querela de silentio in re angusta viventibus imposito ab eodem profectae sint, coniicio poetam, post reditum in patriam, eo quod bona sua non recuperasset adductum esse ut illas querelas effunderet. Quae coniectura si vera est, efficitur ut Theognidis carmina per tria temporis spatia, quorum exsilium medium sit, distribuere debeamus [2]). Sic demum intelligi poterunt haec verba:

(333) Μήποτε φεύγοντ' ἄνδρα ἐπ' ἐλπίδι, Κύρνε φιλήσῃς·
οὐδὲ γὰρ οἴκαδε βὰς γίγνεται αὐτὸς ἔτι.

Sane quantum mutatus ab illo Theognide, qui adeo partium studiosus est ut vel sanguinem adversariorum sitiat, est hic Theognis qui suadet:

(219) Μηδὲν ἄγαν ἄσχαλλε ταρασσομένων πολιητέων,
Κύρνε, μέσην δ' ἔρχευ τὴν ὁδόν, ὥσπερ ἐγώ.

Cf. vs. 331; 335. Quam mitis, quam languidus est hic mediocritatis laudator:

(129) Μήτ' ἀρετὴν [3]) εὔχου, Πολυπαΐδη, ἔξοχος εἶναι,
μήτ' ἄφενος· μοῦνον δ' ἀνδρὶ γένοιτο τύχη·

prae illo qui indignabundus et fervido animo exhortatur:

(847) Λὰξ ἐπίβα δήμῳ κενεόφρονι, τύπτε δὲ κέντρῳ

---

[1]) Animadvertit Welck. p. 108 Horatium Ep. I, 46 ad hunc notissimum locum alludere.

[2]) Aliter Welck. p. XII 39.

[3]) ἀρετὴ δ' ἐνταῦθα οὐ σημαίνει τὰ ἐπαινετά, καὶ τὴν δικαιοσύνην, καὶ τὸ κόσμιον καὶ τὴν τοῦ ἤθους καταρρύθμισιν — ἀλλὰ σημαίνει τὸ ἔντιμον καὶ ἀνδρεῖον καὶ μεγαλοπρεπές, καὶ λαμπρόν, καὶ ἀρχικὸν ἐν ταῖς πόλεσι. Camerarius. Cf. 653—4.

ὀξέϊ, καὶ ζεύγλην δύσλοφον ἀμφιτίθει·
οὐ γὰρ ἔθ' εὑρήσεις δῆμον φιλοδέσποτον ὧδε
ἀνθρώπων, ὁπόσους ἠέλιος καθορᾷ.

Non latet me fuisse qui illam studii neutrarum partium et mediocritatis commendationem aliter explicaret. Alphonsus Hecker enim in epistola critica [1]) disputat Theognidem summum magistratum civitatis obtinuisse quo tempore Persae in Graecia dominarentur. Popularem autem factionem studio communis Graecorum salutis arsisse, optimates fecisse cum Persis. Theognidem vero neutri sententiae faventem, potissimum bello abstinendum sed populi ardori aliquid dandum esse ratum, non obstitisse quominus ceteris Graecis pedites auxilio mitterentur, sed omni opera prohibuisse quominus classis ornaretur et mari quoque Persas finibus arcerent Megarenses. Itaque Theognidem, summorum infimorum pariter odio in se contracto, magistratu sese abdicare coactum esse. Haec ille; quae quominus recte disputata esse putem, impedior et eo quod Herodotus nihil tradit unde quo animo Megarensium primores fuerint sciri possit, et eo quod istiusmodi ambigua belli gerendi ratio, qualem Theognis secutus esse arguitur, imaginaria est nec consentanea cum vs. 549—53:

Ἄγγελος ἄφθογγος πόλεμον πολύδακρυν ἐγείρει,
Κύρν', ἀπὸ τηλαυγέος φαινόμενος σκοπιῆς.
ἀλλ' ἵπποις ἔμβαλλε ταχυπτέρνοισι χαλινούς·
δήων γάρ σφ' ἀνδρῶν ἀντιάσειν δοκέω.
οὐ πολλὸν τὸ μεσηγύ· διαπρήξουσι κέλευθον.

Cf. vs. 235—6; 825—30. Atque haec sine dubio emissa sunt in illa trepidatione, quum, Herodoto teste [2]), Mardonius paulo ante pugnam Plataeensem iter faciens ex Attica in agrum Thebanum, nuntio accepto exercitum Lacedaemoniorum Megara venisse, conversum agmen versus Megara duceret, equitatu praemisso qui agrum Megarensem vastaret. Verum etiam in elegia, quae facta est antequam

---

[1]) Philol. a. 1850. p. 474 sqq.
[2]) IX. 14.

Megarenses in tanto discrimine periculi versarentur, poeta ostendit se non eum esse qui ambigue agendo nihil agendum esse censeat. Nam hoc orat Apollinem:

(773) *Φοῖβε ἄναξ, αὐτὸς μὲν ἐπύργωσας πόλιν ἄκρην,*
Ἀλκαθόῳ Πέλοπος παιδὶ χαριζόμενος·
αὐτὸς δὲ στρατὸν ὑβριστὴν Μήδων ἀπέρυκε
τῆσδε πόλευς, ἵνα σοι λαοὶ ἐν εὐφροσύνῃ
ἦρος ἐπερχομένου κλειτὰς πέμπωσ' ἑκατόμβας,
τερπόμενοι κιθάρης ἠδ' ἐρατῇ θαλίῃ
παιάνων τε χοροῖς ἰαχῇσί τε σὸν περὶ βωμόν·
ἦ γὰρ ἐγὼ δείδοικ' [1]) *ἀφραδίην ἐσορῶν*
καὶ στάσιν Ἑλλήνων λαοφθόρον· ἀλλὰ σύ, Φοῖβε,
ἵλαος ἡμετέρην τήνδε φύλασσε πόλιν.

Igitur subductis rationibus permaneo in sententia Theognidem, quum antea libere dixisset quae sentiret, ab exsilio reducem, propter fortunarum iacturam aliquanto cautiorem factum, linguam compescuisse et amico suasisse ut ne crabrones irritaret. Ad hoc quadrant insuper vs. 583—4:

Ἀλλὰ τὰ μὲν προβέβηκεν, ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι
ἀργά· τὰ δ' ἐξοπίσω, τῶν φυλακὴ μελέτω.

Neque hoc loco praetermittendum existimo, bonam partem Theognidis elegiarum in eo genere elegiaci carminis esse, unde tanquam e lyrica poesi pelluceat quibus animi perturbationibus poeta commoveatur. Nam si hoc memoria tenetur, intelligitur quid causae sit cur in Theognidis poematis tam multa legantur quae sibi non constant. Ecquid mirum — licet dolendum sit — hominem, qui bonis eversus exsul trans mare currat, cum coelo eatenus animum mutare ut egestatem moleste ferens pecuniam aliquanto maioris quam antea faciat? Nonne cum rerum natura convenit miserum exsulem, in egestatem redactum, nunc animo abiecto desperare salutem, ut vs. 819—20:

Ἐς πολυάρητον κακὸν ἥκομεν, ἔνθα μάλιστα,
Κύρνε, συναμφοτέρους μοῖρα λάβοι θανάτου·

nunc amico malorum socio animum augere, ut vs. 355—8:

---

[2]) Praefero hanc lectionem, quae non mea est, vulgatae *ἔγωγε δέδοικ'*.

Τόλμα, Κύρνε, κακοῖσιν, ἐπεὶ κἀσθλοῖσιν ἔχαιρες,
εὖτέ σε καὶ τούτων μοῖρ' ἐπέβαλλεν ἔχειν·
ὡς δέ περ ἐξ ἀγαθῶν ἔλαβες κακόν, ὣς δὲ καὶ αὖτις
ἐκδῦναι πειρῶ, θεοῖσιν ἐπευχόμενος.

II.

Si quis est qui Theognidis elegiarum adumbrationem meam forsitan perlegerit, hunc benevolentissimum lectorem — nam programmatum commentariola, imprimis latine scripta, magnam partem cum dissertationibus id commune habent, ut a plerisque humanitatis vel grati animi causa benevole inspiciantur et aliquantisper religiose schedis intactis cultello serventur, donec eant unde redire nefas — hunc, inquam, rogatum velim ut cum proximis versibus componat ea quae Theognideam farraginem legenti occurrunt vs. 257:

Ἵππος ἐγὼ καλὴ καὶ ἀεθλίη, ἀλλὰ κάκιστον
ἄνδρα φέρω, καί μοι τοῦτ' ἀνιηρότατον·
πολλάκι δ' ἠμέλλησα διαρρήξασα χαλινὸν
φεύγειν, ὠσαμένη τὸν κακὸν ἡνίοχον.

Est inversio satis aperta. Nam qui rempublicam dici interpretatus est non attendit ad verbum *φεύγειν*. Ergo Theognis, ubi Cyrnum de virtutibus et vitiis hominum admonet, non tantum rempublicam quaeque ad eam pertinent, verum etiam rem amatoriam spectat. Scilicet ista mutabilitas mentis, rebus subiunctae, poetam eo adduxit ut in usum iuvenis amici varias res tractaret. Huius rei causa de ratione qua quis elegantissime bibat et humanissime ebrius sit praecepta dantur vs. 413—14; 467—74; 503—8; 837—40. Summam humanitatem admiramur vs. 1041—2:

Huic age ploranti nos molliter arridentes
exhilaret largo tibia iuncta mero.

Quin quo frugalior et exercitatior Cyrnus evaderet e disciplina, Theognis plebis contemptor magnos spiritus alens aliquot elegias, in quibus meretrices et paedicatores inducerentur, ceteris inserendas esse censuit. — Vid. vs. 261—66;

371—2; 457—60; 579—82; 695—6; 861—4; 939—42; 993—6; 1043—44; 1063—8; 1095—6. — Eandem ob causam elegiarum librum alterum addidit, si quid forte pudoris Cyrnus priore lecto retinuisset. Et quo facilius discipulus bona praecepta memoriter disceret, magister in altero libro novos versus maximam partem notis similes fecit. Nimirum ob tot virtutes Athenienses Theognidis elegias secundum Homerum dignas habebant quas pueri sui in ludis literariis ediscerent. Nam

fortes creantur fortibus et bonis.
Est in iuvencis, est in equis patrum
virtus; neque imbellem feroces
progenerant aquilae columbam.
Doctrina sed vim promovet insitam,
rectique cultus pectora roborant:
utcunque defecere mores,
dedecorant bene nata culpae [1]).

Sed satis iocorum. Ego potius credam omnia in nihil non mutari posse, quam allegoriam istam a Theognide profectam esse. Nam sapit illud genus carminum, in quo, ut Ovidii verbis utar, Cupidine triumphum ducente,

Mens bona ducatur manibus post terga retortis
et Pudor et castris quidquid Amoris obest [2]).

Atqui est ea pars poesis a Theognidis ingenio alienissima. Id vel unus locus a Stobaeo prolatus, quem ab initio superioris capitis exscripsimus, demonstrat. Cum eo congruunt Plato Legg. I p. 630 et Isocrates ad Nicocl. § 42 sqq. [3]).

---

[1]) Hor. Od. IV, 4. Monet Io. Luzac Horatium alludere ad Theogn. vs. 183 sqq.

[2]) Amorum I, 2, 30.

[3]) Isocratis locum lubet exscribere, quo commodius cum Stob. conferatur: *'Επεὶ κἀκεῖνό μοι πρόδηλον ἦν, ὅτι τὰ συμβουλεύοντα καὶ τῶν ποιημάτων καὶ τῶν συγγραμμάτων χρησιμώτατα μὲν ἅπαντες νομίζουσιν, οὐ μὴν ἥδιστά γ' αὐτῶν ἀκούουσιν, ἀλλὰ πεπόνθασιν ὅπερ πρὸς τοὺς νουθετοῦντας· καὶ γὰρ ἐκείνους ἐπαινοῦσι μέν, πλησιάζειν δὲ βούλονται τοῖς συνεξαμαρτάνουσιν, ἀλλ' οὐ τοῖς ἀποτρέπουσιν. Σημεῖον δ' ἄν τις ποιήσαιτο τὴν 'Ησιόδου καὶ Θεόγνιδος καὶ Φωκυλίδου ποίησιν· καὶ γὰρ τούτους φασὶ μὲν ἀρίστους γεγενῆσθαι συμβούλους τῷ βίῳ τῷ τῶν ἀν-*

Discrepant Athenaeus VI p 310 c. et Suidas. Quod ad testes attinet, res huc redit: locupletissimi testes aiunt; oscitantes, qui diu post audiverunt, negant; utris credendum est?

Quamquam autem inversio, quae subactam mulierem taedio domini captam esse significat, a Theognidis ingenio abhorret, tamen inest aliquid Theognideum. Deprehendimus imitatorem. Invenitur corpus delicti vs. 124:

καὶ γνῶναι πάντων τοῦτ᾽ ἀνιηρότατον.

Alius imitator ex eodem versu uno verbo plus usurpavit vs. 1356:

ἢν δὲ διώκων
μὴ τελέσῃ, πάντων τοῦτ᾽ ἀνιηρότατον.

Fateor quidem periculum esse ne quis me falsi indicii accuset, arguens eadem verba repeti vs. 210 et 812, quos a Theognide non facile quisquam abiudicet, sed metu non deterrebor. Simulac probaverit accusator et Theognidem allegoriam de qua agitur fecisse, et apud Graecos nunquam accidisse ut posterior poeta superioris verba imitando exprimeret, manus dabo. Priusquam res eo perveniat, nolit accusator contemnere quae dicturus sum. Est enim Theognideae farraginis proprium ut in ea permulti versus legantur, qui toti aut partim, prorsus iisdem aut fere similibus verbis, bis vel saepius repetuntur. Verisimillimum est hanc crebram repetitionem partim inde ortam esse, quod et Theognis et quicunque alii poetae ex indigesta mole protrahuntur, vocem vel sententiam aliquam a se excogitatam adeo adamarint, ut identidem uterentur. Sed quantacunque pars repetitorum verborum ac versuum hinc originem duxit, etiam tres aliae causae accedunt, quas iam initio strictim attigi. Una est, quod aequales aut posteriores poetae verba quibus moverentur nullo consilio imitati sunt; altera, quod

---

θρώπων, ταῦτα δὲ λέγοντες αἱροῦνται συνδιατρίβειν ταῖς ἀλλήλων ἀνοίαις μᾶλλον ἢ ταῖς ἐκείνων ὑποθήκαις. Ἔτι δ᾽ εἴ τις ἐκλέξειε τῶν προεχόντων ποιητῶν τὰς καλουμένας γνώμας, ἐφ᾽ αἷς ἐκεῖνοι μάλιστ᾽ ἐσπούδασαν, ὁμοίως ἂν καὶ πρὸς ταύτας διαθεῖεν· ἥδιον γὰρ ἂν κωμῳδίας τῆς φαυλοτάτης ἢ τῶν οὕτω τεχνικῶς πεποιημένων ἀκούσαιεν.

fuerunt qui iocandi cavillandive causa gravia sententiarum verba in res levissimas vel spurcissimas transferrent; tertia, quod eaedem elegiae a pluribus in brevius contractae sunt. Res ipsa loquitur, difficillimum esse quatuor haec genera ita definire, ut de singulis versibus constet ad quod genus referendi sint. Sagaciores quam ego sum id stabiliant. Mihi satis erit si effecero ut ad ipsa genera, in quorum secundo adhuc parum curae positum est [1]), in posterum viri docti magis animum attendant. In hunc finem versuum ad primum et secundum genus pertinentium coniunctim, reliquorum suo loco disiunctim summarium dare conabor. Et quoniam eo progressus sum ut alteram propositi partem adumbrare debeam, illico initium faciam primi summarii, cui inseram versus aliunde petitos, de quibus versus in Theognidea poemata recepti aut nonnihil referunt, aut tam multum ut ovum ovo similius esse nequeat. Ubi opus erit in medio summario subsistam.

27 *Σοὶ δ᾽ ἐγὼ εὖ φρονέων ὑποθήσομαι, οἷάπερ αὐτός,*
Κύρν᾽, ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν παῖς ἔτ᾽ ἐὼν ἔμαθον.
1049 *Σοὶ δ᾽ ἐγὼ οἷά τε παιδὶ πατὴρ ὑποθήσομαι αὐτός*
ἐσθλά·

---

105 *Δειλοὺς εὖ ἕρδοντι ματαιοτάτη χάρις ἐστίν·*
955 *Δειλοὺς εὖ ἕρδοντι δύω κακά·*

---

145 *Βούλεο δ᾽ εὐσεβέων ὀλίγοις σὺν χρήμασιν οἰκεῖν*
ἢ πλουτεῖν, ἀδίκως χρήματα πασάμενος.
ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ᾽ ἀρετή᾽ στιν,

---

[1]) Welcker, qui nihil neglexit, dicit p. LXXIX: „Quibus expunctis supererunt fortasse quaedam non a Theognide, sed ab imitatoribus profecta et posteriore aetate, colligendi, quae ad idem poeseos genus pertinerent, studio, ipsi adscripta, quae discerni non possint, vel si aliqua specie veri possint, non debeant certe a reliquis separari, quia maior est comparationis instituendae, quam disiunctionis nimis sedulae utilitas".

πᾶς δέ τ' ἀνὴρ ἀγαθός, Κύρνε, δίκαιος ἐών.

Fragm. Phocyl. 17

Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή'στιν.

---

153 *Τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅταν κακῷ ὄλβος ἕπηται
ἀνθρώπῳ, καὶ ὅτῳ μὴ νόος ἄρτιος ᾖ.*

Fragm. Sol. 8

Τίκτει γὰρ κόρος ὕβριν, ὅταν πολὺς ὄλβος ἕπηται.

---

167 *Ἄλλ' ἄλλῳ κακόν ἐστι, τὸ δ' ἀτρεκὲς ὄλβιος οὐδείς
ἀνθρώπων, ὁπόσους ἠέλιος καθορᾷ.*

615 *Οὐδένα παμπήδην ἀγαθὸν καὶ μέτριον ἄνδρα
τῶν νῦν ἀνθρώπων ἠέλιος καθορᾷ.*

849 *Οὐ γὰρ ἔθ' εὑρήσεις δῆμον φιλοδέσποτον ὧδε
ἀνθρώπων, ὁπόσους ἠέλιος καθορᾷ.*

Fragm. Sol. 14

Οὐδὲ μάκαρς [1] *οὐδεὶς πέλεται βροτός, ἀλλὰ πονηροί
πάντες, ὅσους θνητοὺς ἠέλιος καθορᾷ.*

---

181 *Τεθνάμεναι, φίλε Κύρνε, πενιχρῷ βέλτερον ἀνδρί
ἢ ζώειν χαλεπῇ τειρόμενον πενίῃ·*

683 *Πολλοὶ πλοῦτον ἔχουσιν ἀΐδριες· οἱ δὲ τὰ καλά
ζητοῦσιν χαλεπῇ τειρόμενοι πενίῃ.*

751 . . . . *οἱ δὲ δίκαιοι
τρύχονται χαλεπῇ τειρόμενοι πενίῃ·*

---

205 *ἀλλ' ὁ μὲν αὐτὸς ἔτισε κακὸν χρέος οὐδὲ φίλοισιν
ἄτην ἐξοπίσω παισὶν ὑπερκρέμασεν·*

Fragm. Sol. 13, 29

*ἀλλ' ὁ μὲν αὐτίκ' ἔτισεν, ὁ δ' ὕστερον· εἰ δὲ φύγωσιν
αὐτοί, μηδὲ θεῶν μοῖρ' ἐπιοῦσα κίχῃ,
ἤλυθε πάντως αὖθις· ἀναίτιοι ἔργα τίνουσιν
ἢ παῖδες τούτων ἢ γένος ὧν ὀπίσω.*

---

[1] Ita Stephanus; Bergk *μάκαρ*.

214 ὀργὴν συμμίσγων ἥντιν' ἕκαστος ἔχει,
312 γιγνώσκων ὀργὴν ἥντιν' ἕκαστος ἔχει.

---

219 Μηδὲν ἄγαν ἄσχαλλε ταρασσομένων πολιητέων·
335 Μηδὲν ἄγαν σπεύδειν·
401 Μηδὲν ἄγαν σπεύδειν·
657 Μηδὲν ἄγαν χαλεποῖσιν ἀσῶ φρένα μηδ' ἀγαθοῖσιν
χαῖρ', ἐπεὶ ἔστ' ἀνδρὸς πάντα φέρειν ἀγαθοῦ.
593 Μήτε κακοῖσιν ἀσῶ τι λίην φρένα, μήτ' ἀγαθοῖσιν
τερφθῇς ἐξαπίνης, πρὶν τέλος ἄκρον ἰδεῖν.

---

232 ἄτη δ' ἐξ αὐτῆς ἀναφαίνεται, ἣν ὁπότε Ζεὺς
πέμψῃ τειρομένοις, ἄλλοτε ἄλλος ἔχει.
318 χρήματα δ' ἀνθρώπων ἄλλοτε ἄλλος ἔχει
992 δύναται δ' ἄλλοτε ἄλλος ἀνήρ·

---

237 Σοὶ μὲν ἐγὼ πτέρ' ἔδωκα, σὺν οἷς ἐπ' ἀπείρονα πόντον
πωτήσῃ καὶ γῆν πᾶσαν ἀειράμενος
ῥηϊδίως· θοίνῃς δὲ καὶ εἰλαπίνῃσι παρέσσῃ
ἐν πάσαις, πολλῶν κείμενος ἐν στόμασιν·
καί σε σὺν αὐλίσκοισι λιγυφθόγγοις νέοι ἄνδρες
εὐκόσμως ἐρατοὶ καλά τε καὶ λιγέα
ᾄσονται· καὶ ὅταν δνοφερῆς ὑπὸ κεύθεσι γαίης
βῇς πολυκωκύτους εἰς 'Αΐδαο δόμους,
οὐδὲ τότ' οὐδὲ θανὼν ἀπολεῖς κλέος, ἀλλὰ μελήσεις
ἄφθιτον ἀνθρώποις αἰὲν ἔχων ὄνομα,
Κύρνε, καθ' Ἑλλάδα γῆν στρωφώμενος ἠδ' ἀνὰ νήσους,
ἰχθυόεντα περῶν πόντον ἐπ' ἀτρύγετον,
οὐχ ἵππων νώτοισιν ἐφήμενος· ἀλλά σε πέμψει
ἀγλαὰ Μουσάων δῶρα ἰοστεφάνων·
πᾶσι γάρ, οἷσι μέμηλε, καὶ ἐσσομένοισιν ἀοιδὴ
ἔσσῃ ὁμῶς, ὄφρ' ἂν ᾖ γῆ τε καὶ ἠέλιος·

αὐτὰρ ἐγὼν ὀλίγης παρὰ σεῦ οὐ τυγχάνω αἰδοῦς [1]),
ἀλλ' ὥσπερ μικρὸν παῖδα λόγοις μ' ἀπατᾷς.
1265 . . . . *ἐγὼ δὲ σὲ πολλάκις ἤδη*
εὖ ἔρδων αἰδοῦς οὐδεμιῆς ἔτυχον
1303 . . . . *οὐκέτι δηρόν*
ἕξεις Κυπρογενοῦς δῶρον ἰοστεφάνου.
1332 . . . . *εἴποτε καὶ σύ*
ἕξεις Κυπρογενοῦς δῶρον ἰοστεφάνου.
1383 . . . . *(Κυπρογενοῦς) δῶρον ἰοστεφάνου*
Odyss. VIII 579
τὸν δὲ θεοὶ μὲν τεῦξαν, ἐπεκλώσαντο δ' ὄλεθρον
ἀνθρώποις, ἵνα ᾖσι καὶ ἐσσομένοισιν ἀοιδή. . .

Operae pretium esse videtur hoc loco paulisper manere. Quidni enim suaviter rideamus poetam, qui talia dicere ausus queratur se nequaquam observari sed tanquam parvum puerum decipi? Quid est ineptum et insulsum, si hoc carmen non est? Comparatur Cyrnus cum avi. Esto sane: sed quid facias poeta qui serio dicat avem post mortem non equo per continentem Graeciam et insulas circumvectum iri? Quum virorum doctorum iudicia tanti faciam quanti par est, tamen id mihi sumo ut hac in re ab iis dissentiam. Censet enim Bergk hanc esse genuinam Theognidis elegiam [2]). Hermann, cuius scripto uti mihi non contigit, videtur propter istam insulsitatem elegiam in tres particulas divisisse. Welcker et Schneidewin existimant elegiam finem fecisse eorum quae Theognis ad Cyrnum scripsit. Immo clausit elegia librum alterum elegiarum, qui totus est de impuro puerorum amore, suntque simulati et Theognis et Cyrnus. Casti amoris, qualis Theognidis fuit in Cyrnum, non est eiusmodi oratio. Impudici homines, quemadmodum multa alia, sic nomen Cyrni e pri-

---

1) Cobet N. L. p. 189, ubi agit de neglecta synizesi, monet scribendum esse: *αὐτὰρ ἐγὼ οὐδ' ὀλίγης παρὰ σεῦ νῦν τυγχάνω αἰδοῦς.*

2) Mus. Rhen. 1845 p. 421 sqq.

stinis Theognidis elegiis mutuati sunt; cf. vs. 372 et 1354. Igitur potius assentior Bernhardyo dicenti: »Man musste sich aber einen Grad der äussersten Verworrenheit denken und daraus ein unbedingtes Recht zum Restauriren herleiten, um z. B. den Schluss der ächten KyrnosGnomologie bei vs. 237 sqq. anzusetzen, bei Versen welche nach dem Erfolge gedichtet sind, nachdem Theognis auch beim Trinkgelage vermuthlich in Athen einen Platz und anderwärts in Hellas seine Leser gefunden hatte" [1]).

---

317 . . . . ἐπεὶ τὸ μὲν ἔμπεδον αἰεί,
319 Κύρν', ἀγαθὸς μὲν ἀνὴρ γνώμην ἔχει ἔμπεδον αἰεί,
1083 Οὕτω χρὴ τόν γ' ἐσθλὸν ἐπιστρέψαντα νόημα
ἔμπεδον αἰὲν ἔχειν ἐς τέλος ἀνδρὶ φίλῳ.

---

351 Ἆ δειλὴ πενίη, τί μένεις προλιποῦσα παρ' ἄλλον
ἄνδρ' ἰέναι; μὴ λὴν οὐκ ἐθέλοντα φίλει·
ἀλλ' ἴθι καὶ δόμον ἄλλον ἐποίχεο, μηδὲ μεθ' ἡμέων
αἰεὶ δυστήνου τοῦδε βίου μέτεχε.
649 Ἆ δειλὴ πενίη, τί ἐμοῖς ἐπικειμένη ὤμοις
σῶμα καταισχύνεις καὶ νόον ἡμέτερον,
αἰσχρὰ δέ μ' οὐκ ἐθέλοντα βίῃ κακὰ [2]) πολλὰ διδάσκεις,
ἐσθλὰ μετ' ἀνθρώπων καὶ κάλ' ἐπιστάμενον.
388 τολμᾷ δ' οὐκ ἐθέλων αἴσχεα πολλὰ φέρειν,
χρημοσύνῃ εἴκων, ἣ δὴ κακὰ πολλὰ διδάσκει,
ψευδεά τ' ἐξαπάτας τ' οὐλομένας τ' ἔριδας,
ἄνδρα καὶ οὐκ ἐθέλοντα·
371 Μή μ' ἀέκοντα βίῃ κεντῶν ὑπ' ἅμαξαν ἔλαυνε,
1094 . . . . χαλεπὸν δ' οὐκ ἐθέλοντα φιλεῖν.

Repraesentabo lucrum quod affert similium locorum collatio. Quis vs. 351 et 352 non haeret in verbis τί μένεις . . . . . . ἰέναι et μὴ λὴν οὐκ ἐθέλοντα φίλει? Pro μένεις Hartung et Mei-

---

[1]) Grundr. der Griech. Lit. 2te Bearb. 2ter Th. 1ste Abth. p. 461 sq.
[2]) Bergk κατὰ.

necke coniecerunt *μ' ὀκνεῖς*. Quanto simplicius est quod iamdudum Geel restituit: *τί μένεις; προλιποῦσα παρ' ἄλλον ἄνδρ' ἰέναι*, ut *ἰέναι* significet idem quod *ἴθι*. Verba *μὴ λὴν* Bergk scripsit e coniectura. Mut. exhibet *μ'ην' δὴν*, Vat. et cum eo Ven. *τί δήμ'*. Porro optimus codex praebet *φιλεῖ*, reliqui omnes *φιλεῖς; φίλει* coniecit Bekker. Loci collati demonstrant legendum esse: *με βίῃ οὐκ ἐθέλοντα φιλεῖς*. Sic omnia recte habent et maxime cum codicibus conveniunt.

---

355 *Τόλμα, Κύρνε, κακοῖσιν ἐπεὶ κἀσθλοῖσιν ἔχαιρες,*
1029 *Τόλμα θυμὲ κακοῖσιν ὅμως ἄτλητα πεπονθώς·*
δειλῶν τοι κραδίη γίγνεται ὀξυτέρη.
365 *Ἴσχε νόον, γλώσσῃ δὲ τὸ μείλιχον αἰὲν ἐπέσθω·*
δειλῶν τοι τελέθει καρδίη ὀξυτέρη.

En duo versus qui mirum in modum iisdem fere verbis prorsus aliud significant: alter, stultum esse cui mens in promptu sit, alter, parvi animi esse qui malis exacuatur. Hic certe, si usquam, imitator deprehenditur.

---

358 . . . . *θεοῖσιν ἐπευχόμενος.*
943 . . . . *ἀθανάτοις θεοῖσιν ἐπευχόμενος.*
1116 . . . . *θεοῖσιν ἐπευξάμενος.*

---

400 . . . . . *ἀθανάτων μῆνιν ἀλευάμενος.*
750 . . . . . *ἀθανάτων μῆνιν ἀλευόμενος.*

---

409 *Οὐδένα θησαυρὸν παισὶν καταθήσῃ ἀμείνω*
αἰδοῦς, ἥ τ' ἀγαθοῖς ἀνδράσι, Κύρν', ἕπεται.
635 *Ἀνδράσι τοῖς ἀγαθοῖς ἕπεται γνώμη τε καὶ αἰδώς·*

---

457 Οὔ τοι σύμφορόν ἐστι γυνὴ νέα ἀνδρὶ γέροντι·
οὐ γὰρ πηδαλίῳ πείθεται ὥστ' ἄκατος,
οὐδ' ἄγκυραι ἔχουσιν· ἀπορρήξασα δὲ δεσμά
πολλάκις ἐκ νυκτῶν ἄλλον ἔχει λιμένα.
Athen. XIII p. 560 a. Καὶ Θεόφιλος δὲ ἐν Νεοπτολέμῳ ἔφη
οὐ σύμφορον νέα'στὶ πρεσβύτῃ γυνή.
ὥσπερ γὰρ ἄκατος οὐδὲ μικρὸν πείθεται
ἑνὶ πηδαλίῳ, τό πεῖσμ' ἀπορρήξασα δέ
ἐκ νυκτὸς ἕτερον λιμέν' ἔχουσ' ἐξευρέθη [1]).

---

472 πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον χρῆμ' ἀνιηρὸν ἔφυ.
Fragm. Euen. 8
πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον πρᾶγμ' ἀνιαρὸν ἔφυ.

---

504 . . . . ἀτὰρ γλώσσης οὐκέτ' ἐγὼ ταμίης.
1242 τῆς δὲ παρερχομένης οὐκέτ' ἔσῃ ταμίης.

---

507 . . . . δέδοικα δὲ μή τι μάταιον
ἕρξω θωρηχθεὶς καὶ μέγ' ὄνειδος ἔχω.
546 ὄφρα μὴ ἀμπλακίης αἰσχρὸν ὄνειδος ἔχω.
1378 . . . . . καὶ διὰ τοῦτ' αἰσχρὸν ὄνειδος ἔχω.

---

539 Οὗτος ἀνήρ, φίλε Κύρνε, πέδας χαλκεύεται αὑτῷ,
εἰ μὴ ἐμὴν γνώμην ἐξαπατῶσι θεοί.
553 Οὐ πολλὸν τὸ μεσηγύ διαπρήξουσι κέλευθον,
εἰ μὴ ἐμὴν γνώμην ἐξαπατῶσι θεοί.

---

725 . . . . τὰ γὰρ περιώσια πάντα
χρήματ' ἔχων οὐδεὶς ἔρχεται εἰς 'Αΐδεω,
οὐδ' ἂν ἄποινα διδοὺς θάνατον φύγοι οὐδὲ βαρείας
νούσους οὐδὲ κακὸν γῆρας ἐπερχόμενον.

---

[1]) Cf. Meineke fragm. Com. Gr. III p. 628.

1178 *Οὔτις ἄποινα διδοὺς θάνατον φύγοι οὐδὲ βαρεῖαν*
δυστυχίην, εἰ μὴ μοῖρ' ἐπὶ τέρμα βάλοι.
1132 *κλαίω δ' ἀργαλέον γῆρας ἐπερχόμενον.*

---

813 . . . . *ἐγὼ δ' ἐχθροῖσι πελασθείς*
εἰδήσω καὶ τῶν ὅντιν' ἔχουσι νόον.
1016 *ἐξετάσαι τε φίλους, ὅντιν' ἔχουσι νόον.*
367 *ἀστῶν δ' οὐ δύναμαι γνῶναι νόον ὅντιν' ἔχουσιν.*

---

855 *Πολλάκι δὴ πόλις ἥδε δι' ἡγεμόνων κακότητα*
ὥσπερ κεκλιμένη ναῦς παρὰ γῆν ἔδραμεν.
969 *ἔφθην αἰνήσας πρίν σου κατὰ πάντα δαῆναι*
ἤθεα. νῦν δ' ἤδη ναῦς ἅθ' ἑκὰς διέχω.
1361 *Ναῦς πέτρῃ προσέκυρσας ἐμῆς φιλότητος ἁμαρτών,*
ὦ παῖ, καὶ σαπροῦ πείσματος ἀντελάβου.
1099 . . . . *σὺ δ' ἐμῆς φιλότητος ἁμαρτών*
ὕστερον ἡμετέρην γνώσῃ ἐπιφροσύνην.
1379 *ἐγὼ δ' ἀέκων τῆς σῆς φιλότητος ἁμαρτών*

---

867 . . . . *ἀρετῆς δὲ μέγα κλέος οὔποτ' ὀλεῖται.*
Il. II, 325 . . . . . . *ὅου κλέος οὔποτ' ὀλεῖται.*
Il. VII, 91 . . . . *τὸ δ' ἐμὸν κλέος οὔποτ' ὀλεῖται.*
Od. XXIV, 196 . . . . *τῷ οἱ κλέος οὔποτ' ὀλεῖται*
ἧς ἀρετῆς·

---

783 *Οἶνε τὰ μέν σ' αἰνῶ, τὰ δὲ μέμφομαι, οὐδέ σε πάμπαν*
οὔτε ποτ' ἐχθαίρειν, οὔτε φιλεῖν δύναμαι.
1091 *Ἀργαλέως μοι θυμὸς ἔχει περὶ σῆς φιλότητος·*
οὔτε γάρ ἐχθαίρειν, οὔτε φιλεῖν δύναμαι.

1039 *Ἄφρονες ἄνθρωποι καὶ νήπιοι, οἵτινες οἶνον*
μὴ πίνουσ' ἄστρου καὶ κυνὸς ἀρχομένου.
1069 *Ἄφρονες ἄνθρωποι καὶ νήπιοι, οἵτε θανόντας*
κλαίουσ', οὐδ' ἥβης ἄνθος ἀπολλύμενον.

1171 *Γνώμην, Κύρνε, θεοὶ θνητοῖσι διδοῦσιν ἄριστον*
ἀνθρώποις· γνώμη πείρατα παντὸς ἔχει.
Fragm. Sol. 16
Γνωμοσύνης δ' ἀφανὲς χαλεπώτατόν ἐστι νοῆσαι
μέτρον, ὃ δὴ πάντων πείρατα μοῦνον ἔχει.

Hoc summario perlustrato neminem iudicaturum esse spero, me in colligendis locis imitando expressis oleum et operam perdidisse. Quod ad formam attinet, taedet me ipsum ieiunae enumerationis, sed coegit

necessitas, cuius cursus transversi impetum
voluerunt multi effugere, pauci potuerunt. [1])

Nequedum cunctos locos dedi, sed reliquos ad parodias referendos esse censeo.

III.

Contra quam inter homines fieri solet, inter locum derisum et deridentem est maxima coniunctio. Itaque sibi invicem, quidquid mali accidit, pro viribus amicissime opitulantur. Iam parodias adumbraturus ordiar ab iis in quibus mutua fides conspicitur.

Queritur Theognis se ab amicis prodi:

(575) *Οἵ με φίλοι προδιδοῦσιν, ἐπεὶ τόν γ' ἐχθρὸν ἀλεῦμαι*
ὥστε κυβερνήτης χοιράδας εἰναλίας.

Neminem fugit hos versus non recte sese habere. Bergkio corruptela videtur inesse verbis *ἐπεὶ τόν γ'* et fortasse legendum *ἐπίστιον.* Hartung, qui in Theognide paulo ad con-

---

[1]) Laberii Prol. vs. 1.

iecturam faciendam audacior est, edidit *μάτην ἐχθροὺς ἄρ' ἀλεῦμαι.* Aliter scripsissent, opinor, si meminissent quae dicit Meineke Philol. 1861 p. 355: »Qui Theognideorum carminum reliquias emendare instituerunt critici, non semper eo animum adverterunt, haud pauca illorum poematiorum aut lacunis intercepta esse aut in fine uno pluribusve distichis truncata". Haec reputans inter *προδιδοῦσιν* et *ἐπεὶ* existimo esse lacunam. Excidit aliquid quo significetur idem fere quod legitur vs. 1219 sq.:

Ἐχθρὸν μὲν χαλεπὸν καὶ δυσμενῆ [1]) *ἐξαπατῆσαι*
Κύρνε· φίλον δὲ φίλῳ ῥᾴδιον ἐξαπατᾶν.

Esto: sed quid haec cum parodia? Quod suspicio inter *προδιδοῦσιν* et *ἐπεὶ* lacunam esse, mea sententia, non parum augetur his versibus, quibus inducitur querula meretrix:

(861) *Οἵ με φίλοι προδιδοῦσι καὶ οὐκ ἐθέλουσί τι δοῦναι*
ἄστρων [2]) *φαινομένων· ἀλλ' ἐγὼ αὐτομάτη*
ἑσπερίη τ' ἔξειμι καὶ ὀρθρίη αὖτις ἔσειμι
ἦμος ἀλεκτρυόνων φθόγγος ἐγειρομένων.

Puto enim, ut parodiam, sic carmen quod imitator ante oculos habuit quatuor versuum fuisse. Candide fateor me hoc dubitanter dicere, sed reticere nolebam, tum quia lacunam manifestam esse arbitror, tum quia alterum carmen suppetit quod, quum olim lacunosum fuerit, parodia recte duobus versibus suppletum esse confirmat. Carmen est:

(1157) *Πλοῦτος καὶ σοφίη θνητοῖς ἀμαχώτατον αἰεί·*
οὔτε γὰρ ἂν πλούτου θυμὸν ὑπερκορέσαις·
ὣς δ' αὔτως σοφίην ὁ σοφώτατος οὐκ ἀποφεύγει,
ἀλλ' ἔραται, θυμὸν δ' οὐ δύναται τελέσαι.

Ex his versibus duo priores in codicibus prorsus omittun-

---

[1]) Praefero hanc codicum lectionem Bergkianae *δυσμενεῖ.*

[2]) *ἄστρων* scriptum est e coniectura Hermanni et Emperii, pro absurda codicum lectione *ἀνδρῶν*; Ahrens coniecit *δᾴδων.* Verisimillimum est *ἄστρων* vel *λύχνων* vel aliquid in hanc sententiam, nam ea, quae meretrix dicit, huc redeunt: „quoniam sub vesperam amici me non visunt, ego ultro amicos adibo." Igitur a siderum ortu usque ad gallicinium erit *περίδρομος* (581).

tur. A Turnebo primo eruti sunt e Stob. XCI, 26. Vide quam parodia cum Stobaeo conveniat:

(1267) Παῖς τε καὶ ἵππος ὁμοῖον ἔχει νόον· οὔτε γὰρ ἵππος
ἡνίοχον κλαίει κείμενον ἐν κονίῃ,
ἀλλὰ τὸν ὕστερον ἄνδρα φέρει κριθαῖσι κορεσθείς·
ὡς δ' αὔτως καὶ παῖς τὸν παρεόντα φιλεῖ.

Etiam magis conspicuum est vinculum coniunctionis inter carmen eiusque parodiam, ubi est mendorum non solum illustrandorum sed etiam corrigendorum. Dat aliquis amico hoc consilium:

(1151) Μήποτε τὸν παρεόντα μεθεὶς φίλον ἄλλον ἐρεύνα,
δειλῶν ἀνθρώπων ῥήμασι πειθόμενος.

Ultimum versum spurcus homo transfert in carmen ad puerum:

(1259) Ὦ παῖ, τὴν μορφὴν μὲν ἔφυς καλός, ἀλλ' ἐπίκειται
καρτερός, ἀγνώμων [1), σῇ κεφαλῇ στέφανος·
ἰκτίνου γὰρ ἔχεις ἀγχιστρόφου ἐν φρεσὶν ἦθος,
ἄλλων ἀνθρώπων ῥήμασι πειθόμενος.

Nonne manifestum est, in parodia quoque, etiamsi sententia non postularet, tamen propter serium poematium, auctore Bekkero, legendum esse *δειλῶν ἀνθρώπων*?

Sunt duo versus qui criticis multum negotii facessiverunt:

(1257) Ὦ παῖ, ἰκτίνοισι [2) πολυπλάγκτοισιν ὁμοῖος
ὀργήν, ἄλλοτε τοῖς, ἄλλοτε τοῖσι φιλεῖν.

Longum est enumerare mutationes quas viri docti suaserunt. Coniecturarum amans annotationem Bergkii ad hunc locum inspiciat. Omnes sentiunt vitium latere in verbis *τοῖσι φιλεῖν*. Procul dubio iamdudum vitium sustulissent, si cogitassent hoc carmen:

---

[1]) In hoc vocabulo aliquid humani accidit Bergkio. Dicit enim haud dubie corruptum esse et coniicit *ἀμμωνῶν* i. e. *ἀνεμωνῶν*, conferens Hesychium i. v. *Ἀμώνας*. Quum plerumque interpretationem praecedere debeat emendata lectio, tamen nonnunquam interpretatio praecedat emendationem necesse est. Hoc loco nihil est mutandum, quandoquidem *ἀγνώμων* est *vocativus*. Cur puer appelletur *ἀγνώμων*, ipsum carmen explanat.

[2]) Mut. *κινδύνοισι;* emendavit Welcker. Cf. vs. 1261 et 1302. Edit. Bergkiana codici obtemperat.

(1071) *Κύρνε, φίλους πρὸς πάντας ἐπίστρεφε ποικίλον ἦθος*
συμμίσγων ὀργὴν οἷος ἕκαστος ἔφυ.
νῦν μὲν τῷδ' ἐφέπου, τότε δ'ἀλλοῖος πέλευ ὀργήν·
κρεῖσσόν τοι σοφίη καὶ μεγάλης ἀρετῆς.

Nam ne multis morer, poeta verbis e Theognidis excerpto desumptis puerum obiurgat:

ἄλλοτε τοῖς, ἄλλοτε τοῖς ἐφέπει.

In secundo capite bis in transcursu dixi eam partem elegiarum, quae *ἐλεγείων β'* inscribitur, totam parodiis contineri. Nunc eo perveni ubi propositum postulat ut enarrem quam vera sit illa sententia. Nam quod ostenturus sum, quo pacto inversa ratione vocabulum quod in sincero carmine corruptum est iuvante parodia corrigatur, huius rei exemplum fortasse probabile non faciam, nisi prius demonstravero hanc elegiarum partem totam fere ex altera pendere. Sic omnes deinceps parodiae, quae hac parte continentur, apparebunt.

Contemplemur introitum, ubi Amor castigatur:

(1231) *Σχέτλι' Ἔρως, μανίαι σ' ἐτιθηνήσαντο λαβοῦσαι·*
ἐκ σέθεν ὤλετο μὲν Ἰλίου ἀκρόπολις,
ὤλετο δ' Αἰγείδης Θησεὺς μέγας, ὤλετο δ' Αἴας,
ἐσθλὸς Ὀϊλιάδης, σῇσιν ἀτασθαλίαις.

Quid furis, poeta? Non tuo igne ardes sed alieno, quem petisti ex indignabundi Theognidis versibus:

(1103) *Ὕβρις καὶ Μάγνητας ἀπώλεσε καὶ Κολοφῶνα*
καὶ Σμύρνην, πάντως, Κύρνε, καὶ ἄμμ' [1]) *ἀπολεῖ.*

(541) *Δειμαίνω μὴ τήνδε πόλιν Πολυπαΐδη ὕβρις,*
ἥπερ Κενταύρους ὠμοφάγους, ὀλέσῃ.

Debebas saltem, o bone, si sordes tibi placebant, Amori parcere, quocum tibi non magis quam cum Musis quidquam est commune, et ab eodem principium facere ac Strato, tuarum sordium consors:

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, καθὼς εἴρηκεν Ἄρατος·
ὑμῖν δ', ὦ Μοῦσαι, σήμερον οὐκ ἐνοχλῶ.

---

[1]) Ita Welcker; *ὔμμ'* apud Bergkium e Mutinensi.

εἰ γὰρ ἐγὼ παῖδάς τε φιλῶ καὶ παισὶν ὁμιλῶ,
τοῦτο τί πρὸς Μούσας τὰς Ἑλικωνιάδας [1]);

Nam post pueri deo nati criminationem statim blandis verbis te convertis ad puerum homine natum:

(1295) Ὦ παῖ ἄκουσον ἐμεῦ, δαμάσας φρένας, οὔτοι ἀπειθῆ
μῦθον ἐρῶ τῇ σῇ καρδίῃ οὐδ' ἄχαριν.
ἀλλὰ τλῆθι νόῳ συνιεῖν ἔπος· οὔτοι ἀνάγκη [2])
τοῦθ' ἔρδειν ὅτι σοι μὴ καταθύμιον ᾖ.

Cuius elegidii ut secundum pentametrum absolveres, miserum in modum haec verba detorsisti:

(1085) Δημῶναξ, σὺ δὲ πολλὰ φέρεις βαρύ· οὐ γὰρ ἐπίστῃ
τοῦθ' ἔρδειν ὅτι σοι μὴ καταθύμιον ᾖ.

Nec quod artificiali uteris lingua quisquam tibi vituperationi ducet, quoniam multos huius mali habes socios, sed non impune feceris quod deinde committis. Quis tandem capiat haec tua verba:

(1243) Δὴν δὴ καὶ φίλοι ὦμεν· ἔπειτ' ἄλλοισιν ὁμίλει,
ἦθος ἔχων δόλιον, πίστεος ἀντίτυπον.

Qui fit ut nemo intelligat? Quod tu simiam agis. Videamus enim quid dicat poeta quem imitaris:

(595) Ἄνθρωπ' ἀλλήλοισιν ἀπόπροθεν ὦμεν ἑταῖροι·
πλὴν πλούτου παντὸς χρήματός ἐστι κόρος.
δὴν δὴ καὶ φίλοι ὦμεν· ἀτάρ γ' ἄλλοισιν [3]) ὁμίλει
ἀνδράσιν, οἳ τὸν σὸν μᾶλλον ἴσασι νόον.

---

[1]) Anthol. Gr. ed. Jacobs II p. 449

[2]) Bergk ἀνάγκῃ; in collatione Mutinensis, qua uti me dixi, legitur ἀνάγκη. Codicis lectio confirmatur vs. 1095:

Σκέπτεο δὴ νῦν ἄλλον, ἐμοί γε μὲν οὔτις ἀνάγκη
ταῦθ' ἔρδειν, τῶν μοι πρόσθε χάριν τίθεσο.

Pro ταῦθ' apud Bergkium est τοῦθ' propter codices. Ahrens coniecit τοῦθ' ἔρδειν τοῦ μοι. Et hoc quidem loco Mut. praebet τοῦθ', sed post vs. 1160 in collatione reperio:

ὦ νέοι· οἳ νῦν ἄνδρες· ἐμοί γε μὲν οὔτις ἀνάγκη
ταῦθ' ἔρδειν, τῶν μοι πρόσθε χάριν τίθεσο.

[3]) Mut. et Bergk τ' ἄλλοισιν. Si simpliciter dicendum est quod sentio, nodum in scirpo quaesivisse mihi videntur viri docti qui putaverunt tertium versum adeo corruptum esse ut omnia vocabula, excepto φίλοι, in omnia mutare

Visne tibi haec per circuitum eloquendi explicem? Poeta est unus eorum qui Achilli consentiunt asseveranti:

ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλησιν
ὅς χ᾽ ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ εἴπῃ. [1])

Itaque amico, cuius eum taedet quod ambiguus est, per ironiam haec fere dicit: *ὦ τᾶν χωριζώμεθα, ἵνα φίλοι ὄντες διατελῶμεν· ὅσῳ γὰρ ἂν ἧττον ἀλλήλοις ὁμιλῶμεν, τοσούτῳ μακρότερον χρόνον φίλοι ἐσόμεθα.* Apparet quatuor versus disiungi non posse. Tu vero membris distractis in tuum usum conversis fecisti ut ineptires. Hoc saltem stupiditas tua prodest, quod ostendit te aliquanto post Theognidem vixisse. Ceterum hanc tibi laudem praeripere non possim te, ut haberes quo flammam obscoenam aleres, unum et alterum poetam diligenter legisse. In mentem tibi venit loci, ubi Solon opulentum patrem familias beatum praedicat:

(1253) *Ὄλβιος ᾧ παῖδές τε φίλοι καὶ μώνυχες ἵπποι*
θηρευταί τε κύνες καὶ ξένοι ἀλλοδαποί [2]).

Pueros cogitanti statim tibi recurrit natura, neque te contines quin effutias:

(1255) *Ὅστις μὴ παῖδάς τε φιλεῖ καὶ μώνυχας ἵππους*
καὶ κύνας, οὔποτέ οἱ θυμὸς ἐν εὐφροσύνῃ.

Paulo post rixam cum puero fingens, illam Homericam

---

liceret. Bergk vs. 597—8 separavit a prioribus; eidem *καὶ* videtur ab interpolatore profectum et fortasse scribendum *δίην δὴ φίλοι ὦμεν*, i. e. *δήν*, quemadmodum *λίην* et *λήν* dici solent: olim coniecit vel *δεῖν δὴ* (i. e. *si opus est*) vel *λῇς δὴ καὶ φίλοι ὦμεν*, ut sententia non dissimilis foret proverbio *τἄλλα καὶ φιλώμεθα.* Schneidewin coniecit *δὴν δὴ καὶ φίλοι ὦμεν ἄτερθ᾽· ἄλλ.*, Hartung scripsit *πόρρωθεν φίλοι ὦμεν.* Bergkio *τ᾽* post *ἀτάρ* videtur delendum, Ahrens coniecit *ἀτὰρ δ᾽* i. e. *ἀτὰρ δή*, Hermann *ἀτὰρ ταλαοῖσιν ὁμιλεῖν.*

[2]) Il. IX, 312.

[1]) Cf. fragm. Sol. 23, ubi in pentametro parvum discrimen est:

Ὄλβιος ᾧ παῖδές τε φίλοι καὶ μώνυχες ἵπποι
καὶ κύνες ἀγρευταὶ καὶ ξένος ἀλλοδαπός.

Ad hunc locum Bergk adscribit: „olim suspicatus sum Solonis fortasse esse etiam proximum distichon ap. Theogn. 1255—6. . . . ; quod Hartung probavit, sed possunt hi versus etiam alius poetae esse."

rixam meministi:

(1283) Ὦ παῖ, μή μ' ἀδίκει, ἔτι σοι καταθύμιος εἶναι
βούλομαι, εὐφροσύνῃ τοῦτο συνεὶς ἀγαθῇ·
οὐ γάρ τοί με δόλῳ [1]) παρελεύσεαι οὐδ' ἀπατήσεις·
νικήσας γὰρ ἔχεις τὸ πλέον ἐξοπίσω.

Quam verum sit quod popularibus tuis in proverbio est ὡς ὁμοῖον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει, tute in temet ipso declaras. Etenim comparas te cum cane caudam movente:

(1327) Ὦ παῖ, ἕως ἂν ἔχῃς λείαν γένυν, οὔποτε σαίνων
παύσομαι, οὐδ' εἴ μοι μόρσιμόν ἐστι θανεῖν.
Σοί τε διδοῦν' ἔτι καλὸν [2]), ἐμοί τ' οὐκ αἰσχρὸν ἐρῶντι
αἰτεῖν· ἀλλὰ γονέων λίσσομαι ἡμετέρων κτέ.

Alimentum flammae investigans incidisti in hunc locum:

(11) Ἄρτεμι θηροφόνη, θύγατερ Διός, ἣν Ἀγαμέμνων
εἴσαθ', ὅτ' ἐς Τροίην ἔπλεε νηυσὶ θοαῖς,
εὐχομένῳ μοι κλῦθι, κακὰς δ' ἀπὸ κῆρας ἄλαλκε·
σοὶ μὲν τοῦτο, θεά, σμικρόν, ἐμοὶ δὲ μέγα.

Multo honestius et elegantius te cum Iove componis, quamquam fabula Ganymedis a Iove in Olympum sublati puerorum amori praetenta fastidium movet:

(1345) Παιδοφιλεῖν δέ τι τερπνόν, ἐπεί ποτε καὶ Γανυμήδους
ἤρατο καὶ Κρονίδης ἀθανάτων βασιλεύς,
ἁρπάξας δ' ἐς Ὄλυμπον ἀνήγαγε, καί μιν ἔθηκε
δαίμονα, παιδείης ἄνθος ἔχοντ' ἐρατόν.

---

[1]) In collatione, qua utor, invenio manum multo recentiorem supplevisse οὐ γάρ τοί με δόλῳ.

[2]) Sic Hermann; Mut. διδόντ' ἔτι καλόν; Bergk διδοῦν καλόν ἐστι. Timeo ne διδοῦν non magis graecum sit quam μεταδοῦν (pro μεταδοῦν') vs. 104. Lectioni διδόντ' ansam dedit participium ἐρῶντι. Sententia postulat particulam ἔτι, cuius vis explicatur verbis ἕως ἂν ἔχῃς λείαν γένυν. Prius distichon vero Bergk ab altero segregavit. Quo magis ἔτι intactum maneat, animadvertendum est in hoc genere poesis vocabula καιρός et ἀκμή magno haberi honore. Unum carmen exempli causa proferam ex Anth. Iacobs. II p. 512:

Καιρὸν γνῶθι σοφῶν τῶν ἑπτά τις εἶπε, Φίλιππε·
πάντα γὰρ ἀκμάζοντ' ἐστὶν ἐραστότερα.
καὶ σίκυος πρῶτος που ἐπ' ἀνδήροισιν ὁραθεὶς
τίμιος, εἶτα συῶν βρῶμα πεπαινόμενος.

Οὕτω μὴ θαύμαζε, Σιμωνίδη, οὕνεκα κἀγὼ
ἐξεμάνην [1]) *καλοῦ παιδὸς ἔρωτι δαμείς.*

Noli mirari te denuo in furto deprehendi, nam haud obscurus est locus Theognidis:

(191) *Οὕτω μὴ θαύμαζε γένος, Πολυπαΐδη, ἀστῶν*
μαυροῦσθαι· σὺν γὰρ μίσγεται ἐσθλὰ κακοῖς.

Poeta, quisquis est, praecipit qua ratione famuli et vicini tractandi sint:

(301) *Πικρὸς καὶ γλυκὺς ἴσθι καὶ ἁρπαλέος καὶ ἀπηνής*
λάτρισι καὶ δμωσὶν γείτοσί τ' ἀγχιθύροις.

Versificatori quatuor adiectiva, quorum bina sunt inter se opposita, utiliora sunt quam ut praetermittat. Itaque tu in puerorum amorem detorques:

(1353) *Πικρὸς καὶ γλυκύς ἐστι καὶ ἁρπαλέος καὶ ἀπηνής,*
ὄφρα τέλειος ἔῃ, Κυρνε, νέοισιν ἔρως·
ἢν μὲν γὰρ τελέσῃ, γλυκὺ γίγνεται· ἢν δὲ διώκων
μὴ τελέσῃ, πάντων τοῦτ' ἀνιηρότατον.

Tam morbosus es in tuum amorem, ut ne Plutum quidem intactum relinquas. Etenim laus Pluti:

(1117) *Πλοῦτε θεῶν κάλλιστε καὶ ἱμεροέστατε πάντων,*
σὺν σοὶ καὶ κακὸς ὢν γίγνεται ἐσθλὸς ἀνήρ·

in hunc modum a te mutatur:

(1365) *Ὦ παίδων κάλλιστε καὶ ἱμεροέστατε πάντων,*
στῆθ' αὐτοῦ καί μου παῦρ' ἐπάκουσον ἔπη.

His auditis i, bone, quo virtus tua te vocat, in malam rem. Num quis etiam plura postulat argumenta quam et in hoc capite et in superiore dedi, ut persuasum habeat posteriorem elegiarum partem totam fere ex altera pendere? Iam legatur hoc distichon:

(1177) *Εἴ κ' εἴης ἔργων αἰσχρῶν ἀπαθὴς καὶ ἀεργός,*
Κύρνε, μεγίστην κεν πεῖραν ἔχοις ἀρετῆς.

Tum conferatur hoc carmen:

(1305) *Θυμῷ γνούς, ὅτι παιδείας πολυηράτου ἄνθος*
ὠκύτερον σταδίου, τοῦτο συνεὶς χάλασον

---

[1]) Sic Orelli; Mut., quem sequitur Bergk, *ἐξεδάμην.*

δεσμοῦ, μή ποτε καὶ σὺ βιήσεαι, ὄβριμε παίδων,
Κυπρογενοῦς δ' ἔργων ἀντιάσεις χαλεπῶν,
ὥσπερ ἐγὼ νῦν ὧδ' ἐπὶ σοί· σὺ δὲ ταῦτα φύλαξαι,
μηδέ σε νικήσῃ παῖδ' ἀδαῇ [1]) *κακότης.*

Omnibus quae dixi perpensis non dubito contendere, eum qui longius carmen fecit brevius ante oculos habuisse, et suadere ut vs. 1177 pro *ἀπαθὴς* scribatur *ἀδαής.*

Navita de ventis, de tauris narrat arator.

Sic mercator exhortationem a Theognide vs. 31—38 Cyrno datam, ut in republica bonorum consilia sequatur, malorum evitet, in mercaturam transfert:

(1165) *Τοῖς ἀγαθοῖς σύμμισγε, κακοῖσι δὲ μή ποθ' ὁμάρτει,*
εὖτ' ἂν ὁδοῦ τελέῃς τέρματ' ἐπ' ἐμπορίην.

Versamur iterum in priore parte, unde exordium fecimus. Ne haec quidem vacat parodiis quibus puerorum amor subiectus est. Nam quod Theognis gloriatur:

(415) *Οὐδέν' ὁμοῖον ἐμοὶ δύναμαι διζήμενος εὑρεῖν*
πιστὸν ἑταῖρον, ὅτῳ μή τις ἔνεστι δόλος·
ἐς βάσανον δ' ἐλθὼν παρατρίβομαι ὥστε μολίβδῳ
χρυσός, ὑπερτερίης δ' ἄμμιν ἔνεστι λόγος.

irridet amator puero dicens:

(1105) *Εἰς βάσανον δ' ἐλθὼν παρατριβόμενός τε μολίβδῳ*
χρυσὸς ἄπεφθος ἐὼν καλὸς ἅπασιν ἔσῃ.

Qui Theognidea versavit, probe scit quantae curae sint Theognidi *πλοῦτος* et *αἰδώς.* Quid igitur censet de his verbis, quae leguntur vs. 1067: *τί μοι πλοῦτός τε καὶ αἰδώς* [2])? Quid de his versibus:

(762) *ἡμεῖς δὲ σπονδὰς θεοῖσιν ἀρεσσάμενοι*
πίνωμεν χαρίεντα μετ' ἀλλήλοισι λέγοντες
μηδὲν τὸν Μήδων δειδιότες πόλεμον·

quum vs. 773 sqq. in precibus ad Apollinem prorsus contrarium dicatur? Nonne parodiarum indicatio manifesta est? Alius belli contemptor dicit:

---

[1]) Mut. *παιδαΐδῃ*; veram lectionem restituit Bergk.

[2]) Vs. 1063 Bergk scripsit *καλ λῖθ'* pro lectione Mut. *πάννυχον.* Dolendum est quod nec dixit cur mutaverit, nec quid substituta verba significent.

(835) *Εἰρήνη καὶ πλοῦτος ἔχοι πόλιν, ὄφρα μετ' ἄλλων*
κωμάζοιμι· κακοῦ δ' οὐκ ἔραμαι πολέμου.
μηδὲ λίην κήρυκος ἀν' οὖς ἔχε μακρὰ βοῶντος·
οὐ γὰρ πατρῴας γῆς πέρι μαρνάμεθα.

Vituperatur continuo:

'Αλλ' αἰσχρὸν παρεόντα καὶ ὠκυπόδων ἐπιβάντα
ἵππων μὴ πόλεμον δακρυόεντ' ἐσιδεῖν.

Vides hos versus sibi invicem ita respondere, ut duo homines sermocinari videantur. Eiusmodi versus complures in Theognideis reperiuntur. Optat quispiam:

(1153) *Εἴη μοι πλουτεῦντι κακῶν ἀπάτερθε μεριμνέων*
ζώειν ἀβλαβέως, μηδὲν ἔχοντι κακόν.

Statim respondetur:

Οὐκ ἔραμαι πλουτεῖν οὐδ' εὔχομαι, ἀλλά μοι εἴη
ζῆν ἀπὸ τῶν ὀλίγων, μηδὲν ἔχοντι κακόν [1]).

Humanum consilium datur:

(1217) *Μή ποτε παρ κλαίοντα καθεζόμενοι γελάσωμεν*
τοῖς αὐτῶν ἀγαθοῖς, Κύρν', ἐπιτερπόμενοι.

Irrisione fit perquam inhumanum:

(1041) *Δεῦρο σὺν αὐλητῆρι· παρὰ κλαίοντι γελῶντες*
πίνωμεν, κείνου κήδεσι τερπόμενοι [2]).

Suadetur tibi:

(823) *Μήτε τιν' αὔξε τύραννον ἐπ' ἐλπίδι, κέρδεσιν εἴκων,*
μήτε κτεῖνε θεῶν ὅρκια συνθέμενος.

Contra ad tyrannicidium instigaris vs. 1181:

Δημοφάγον δὲ τύραννον, ὅπως ἐθέλεις, κατακλῖναι
οὐ νέμεσις πρὸς θεῶν γίγνεται οὐδεμία.

Mulier corruptrix blanditur:

(579) *'Εχθαίρω κακὸν ἄνδρα, καλυψαμένη δὲ πάρειμι,*
σμικρῆς ὄρνιθος κοῦφον ἔχουσα νόον.

Respondet vir integer et constans:

(581) *'Εχθαίρω δὲ γυναῖκα περίδρομον ἄνδρα τε μάργον,*
ὃς τὴν ἀλλοτρίην βούλετ' ἄρουραν ἀροῦν.

---

[1]) Cf. Cobet N. L. p. 301. Welcker optatum ad carmina convivalia, responsum ad gnomas ad Cyrnum refert; cf. p. xcix.

[2]) Cf. Geel p. 213.

Cantrix tristis, quod proditur ab amico quocum proxima nocte comissatum ierat, recusat canere:

(939) *Οὐ δύναμαι φωνῇ λίγ' ἀειδέμεν ὥσπερ ἀηδών·*
καὶ γὰρ τὴν προτέρην νύκτ' ἐπὶ κῶμον ἔβην.
οὐδὲ τὸν αὐλητὴν προφασίζομαι· ἀλλά μ' ἑταῖρος
ἐκλείπει σοφίης οὐκ ἐπιδευόμενος.

Cantor hilaris non gravatur:

(943) *'Εγγύθεν αὐλητῆρος ἀείσομαι ὧδε καταστάς*
δέξιος, ἀθανάτοις θεοῖσιν ἐπευχόμενος.

Quoniam res ita fert, nolo silentio praeterire, licet cum parodia nil commune habeant, versus 903—922, quibus poeta verbosissimus dicit se incertum esse

Duriter an malit sine sumptu degere vitam
suaviter an vivens otia pigra sequi,

et breve responsum:

(931) *Φείδεσθαι μὲν ἄμεινον, ἐπεὶ οὐδὲ θανόντ' ἀποκλαίει*
οὐδείς, ἢν μὴ ὁρᾷ χρήματα λειπόμενα.

Neque mihi tempero quin in transcursu animadvertam versibus 658—682 contineri aenigma de statu reipublicae, et versibus 683—686 aenigma solvi.

Exprompta tota parodiarum multitudine, agmen claudant tria disticha, quae, ut opinio mea fert, sunt irrisiones carminum Solonis et Mimnermi. Solon, cives monens ne seditionibus rempublicam pessumdent, hac comparatione utitur fragm. 12:

'Εξ ἀνέμων δὲ θάλασσα ταράσσεται· ἢν δέ τις αὐτήν
μὴ κινῇ, πάντων ἐστὶ δικαιοτάτη.

Gravem Solonis sententiam facetus homo procaciter a civitate transtulit in magistrum bibendi:

(313) *'Εν μὲν μαινομένοις μάλα μαίνομαι, ἐν δὲ δικαίοις*
πάντων ἀνθρώπων εἰμὶ δικαιότατος [1]).

Alibi optima bibendi ratio haec esse dicitur:

(837) *Δισσαί τοι πόσιος κῆρες δειλοῖσι βροτοῖσιν,*
δίψα τε λυσιμελὴς καὶ μέθυσις χαλεπή·
τούτων δ' ἂν τὸ μέσον στρωφήσομαι, οὐδέ με πείσεις
οὔτε τι μὴ πίνειν οὔτε λίην μεθύειν.

---

1) Cf. Welck. p. 129 ad vs. 1008.

Videtur mihi poeta cogitasse Mimnermum dicentem fragm. 2, 5:

Κῆρες δὲ παρεστήκασι μέλαιναι,
ἡ μὲν ἔχουσα τέλος γήραος ἀργαλέου,
ἡ δ' ἑτέρη θανάτοιο·

IV.

Quidquid in hoc capite invenies, candido ac grato animo fateor me longe maximam partem petiisse e Bergkii Poet. Lyr. Gr. ed. III. Itaque nihil aliud fecissem quam ad illud pretiosissimum opus relegassem, si propositum permisisset. His monitis me non pudet e tam copioso fonte haurire.
In superiore capite habuimus fragmentum Solonis, vs. 1253—4. Soloni tribuit Hermias in Phaedr. p. 78 ed. Ast. Eiusdem poetae sunt vs. 585—90 et 227—32, pertinentes ad elegiam quam totam sub lemmate Solonis affert Stob. Flor. IX, 25. Versum 227 Solonis esse dicunt Aristot. Pol. I, 3, 9; Plut. de cup. divit. 4; Basil. M. de leg. Gentil. II p. 183. Apud Stobaeum est magna varietas lectionum, quam indicabo. Utor editione Teubneriana. Ceterum non negligendum est vs. 585—90 ab eodem Stob. CXI, 16 afferri sub lemmate Theognidis, cum parva lectionis discrepantia.

(585) *Πᾶσίν τοι* [1] *κίνδυνος ἐπ' ἔργμασιν, οὐδέ τις οἶδεν*
πῇ σχήσειν μέλλει πρήγματος ἀρχομένου [2].
ἀλλ' ὁ μὲν εὐδοκιμεῖν [3] *πειρώμενος, οὐ προνοήσας*
ἐς μεγάλην ἄτην καὶ χαλεπὴν ἔπεσεν·
τῷ δὲ κακῶς ποιεῦντι [4] *θεὸς περὶ πάντα τίθησιν* [5]
συντυχίην ἀγαθήν, ἔκλυσιν ἀφροσύνης.
(227) *Πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνθρώποισιν·* [6]
οἳ γὰρ νῦν ἡμῶν [7] *πλεῖστον ἔχουσι βίον,*
διπλάσιον [8] *σπεύδουσι· τίς ἂν κορέσειεν ἅπαντας;*
χρήματά [9] *τοι θνητοῖς γίγνεται ἀφροσύνη·* [10]

---

[1] Stob. *πᾶσι δὲ*; [2] *ᾗ μέλλει σχήσειν χρήματος ἀρχομένου*; [3] *εὖ ἔρδειν*; [4] *ἔρδοντι*; [5] *δίδωσι*; [6] *ἀνδράσι κεῖται*; [7] *ἡμέων*; [8] *διπλασίως*; [9] *κέρδεα*; [10] *ὤπασαν ἀθάνατοι*;

ἄτη δ' ἐξ αὐτῆς [1]) *ἀναφαίνεται, ἣν ὁπότε* [2]) *Ζεὺς*
πέμψῃ τειρομένοις [3]) *ἄλλοτε ἄλλος ἔχει* [4]).

Porro Plut. Sol. 3 inter Solonis carmina numerat vs. 315—8:

Πολλοί τοι πλουτοῦσι κακοί, ἀγαθοὶ δὲ πένονται·
ἀλλ' ἡμεῖς τούτοις οὐ διαμειψόμεθα
τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον, ἐπεὶ τὸ μὲν ἔμπεδον αἰεί,
χρήματα δ' ἀνθρώπων ἄλλοτε ἄλλος ἔχει.

Praeterea Solonis sunt vs. 719—28. Ex iis sex priores afferuntur a Plut. Sol. 2, reliquorum cum his tam magnum est vinculum ut separari nequeant. Cuncti leguntur apud Stob. XCVII, 7 sub lemmate Theognidis. Versus 723 et 724 non intelligo.

(719) *Ἶσόν τοι πλουτοῦσιν, ὅτῳ πολὺς ἄργυρός ἐστιν*
καὶ χρυσὸς καὶ γῆς πυροφόρου πεδία
ἵπποι θ' ἡμίονοί τε, καὶ ᾧ τὰ δέοντα [5]) *πάρεστιν,*
γαστρί τε καὶ πλευραῖς καὶ ποσὶν ἁβρὰ παθεῖν,
παιδός τ' ἠδὲ γυναικός· ὅταν δέ κε τῶν ἀφίκηται
ὥρη, σὺν δ' ἥβῃ γίγνεται ἁρμοδία [6]),
ταῦτ' ἄφενος θνητοῖσι· τὰ γὰρ περιώσια πάντα
χρήματ' ἔχων οὐδεὶς ἔρχεται εἰς Ἀΐδεω,
οὐδ' ἂν ἄποινα διδοὺς θάνατον φύγοι οὐδὲ βαρείας
νούσους οὐδὲ κακὸν γῆρας ἐπερχόμενον.

Denique Bergk recte coniicere videtur e Solonis elegiis petitos esse vs. 947—8:

Πατρίδα κοσμήσω, λιπαρὴν πόλιν, οὔτ' ἐπὶ δήμῳ
τρέψας οὔτ' ἀδίκοις ἀνδράσι πειθόμενος.

Qui Mimnermi hilaritate delectatur, legat vs. 793—6.

Μήτε τινὰ ξείνων δηλεύμενος ἔργμασι λυγροῖς
μήτε τιν' ἐνδήμων, ἀλλὰ δίκαιος ἐών,
τὴν σαυτοῦ φρένα τέρπε· δυσηλεγέων δὲ πολιτῶν
ἄλλος τίς σε κακῶς, ἄλλος ἄμεινον ἐρεῖ.

Etiamsi in Anthol. Palat. IX, 50 duo posteriores versus non

---

[1]) *αὐτῶν*; [2]) *ὁπόταν*; [3]) *τισομένην*; [4]) *ἄλλοτ' ἂν ἄλλος ἔχοι.*

[5]) Plut. *μόνα ταῦτα*; Stob. *τάδε πάντα.*

[6]) Plut. *παιδός τ' ἠδὲ γυναικός, ἐπὴν καὶ ταῦτ' ἀφίκηται,*
ἥβη· σὺν δ' ὥρῃ γίγνεται ἁρμόδια. Stob. *ἁρμονία.*

Mimnermo tribuerentur, tamen nemo dubitaret cum viris doctis utrumque distichon poetarum elegiacorum uni omnium hilarissimo vindicare. Nullius rei hunc poetam magis taedet quam pubertatem cito fugere, quum molesta senectus omni voluptate careat. Propterea verisimillima est Bergkii coniectura Mimnermo adiudicandos esse vs. 1129—32:

Ἐμπίομαι. πενίης θυμοφθόρου οὐ μελεδαίνων,
οὐδ' ἀνδρῶν ἐχθρῶν, οἵ με λέγουσι κακῶς,
ἀλλ' ἥβην ἐρατὴν ὀλοφύρομαι, ἥ μ' ἐπιλείπει,
κλαίω δ' ἀργαλέον γῆρας ἐπερχόμενον.

Cum hac sententia congruunt vs. 1017—22:

Αὐτίκα μοι κατὰ μὲν χροιὴν ῥέει ἄσπετος ἱδρώς,
πτοιῶμαι δ' ἐσορῶν ἄνθος ὁμηλικίης
τερπνὸν ὁμῶς καὶ καλόν, ἐπεὶ πλέον ὤφελεν εἶναι·
ἀλλ' ὀλιγοχρόνιον γίγνεται ὥσπερ ὄναρ
ἥβη τιμήεσσα· τὸ δ' οὐλόμενον καὶ ἄμορφον
αὐτίχ' ὑπὲρ κεφαλῆς γῆρας ὑπερκρέμαται.

Quos Mimnermi esse confirmat Stob. CXVI, 34, ubi sub lemmate *Μιμνέρμου Ναννοῦς* fragmentum affertur cui vs. 1017—19 desunt, et in quo post *ὑπερκρέμαται* sequitur:

ἐχθρὸν ὁμῶς καὶ ἄτιμον, ὅτ' ἄγνωστον τιθεῖ ἄνδρα,
βλάπτει δ' ὀφθαλμοὺς καὶ νόον ἀμφιχυθέν.

Ex eodem poemate Stob. XI, 1 profert vs. 1227—8:

Ἀληθείη δὲ παρέστω
σοὶ καὶ ἐμοί, πάντων χρῆμα δικαιότατον.

Quantum Mimnermum intelligo, id eius proprium est, ut non amet voluptatem nisi cum virtute coniunctam. Itaque coniicio Mimnermum fecisse vs. 789—92:

Μή ποτέ μοι μελέδημα νεώτερον ἄλλο φανείη
ἀντ' ἀρετῆς σοφίης τ', ἀλλὰ τόδ' αἰὲν ἔχων
τερποίμην φόρμιγγι καὶ ὀρχηθμῷ καὶ ἀοιδῇ,
καὶ μετὰ τῶν ἀγαθῶν ἐσθλὸν ἔχοιμι νόον.

Nec facile quisquam infitiabitur huic virtutis aestimationi ita contrariam esse, ut a parodia parum differat, eam quae legitur vs. 567—70:

Ἥβῃ τερπόμενος παίζω· δηρὸν γὰρ ἔνερθεν
γῆς ὀλέσας ψυχὴν κείσομαι ὥστε λίθος

ἄφθογγος, λείψω δ' ἐρατὸν φάος ἠελίοιο,
ἔμπης δ' ἐσθλὸς ἐὼν ὄψομαι οὐδὲν ἔτι.

Hoc dictum sit pace Bergkii dubitantis an Mimnermus fecerit, et Nietzschii non haesitantis Bergkio adstipulari [1]). Rectius Bergk in Mimnermi fragmenta recipiendos esse coniicit vs. 1022—3:

Οὔποτε τοῖς ἐχθροῖσιν ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα θήσω
δύσλοφον, οὐδ' εἴ μοι Τμῶλος ἔπεστι κάρη.

Certe in eiusmodi re Theognidi vel Soloni Tmolum in mentem incidisse non magis verisimile est quam Helvetio poetae Ianiculum, Gallo Capitolinum. Num Tyrtaeus, ubi in Lacedaemone mares animos in Martia bella versibus exacuebat, Tmolum cogitavit? Nam ex eius quoque elegiis particulae in Theognidea irrepserunt. Quippe Stobaeus LI, 1 et 5 sub lemmate Tyrtaei satis magnam elegiam affert, in qua sunt hi sex versus:

πάντες μιν τιμῶσιν ὁμῶς νέοι ἠδὲ παλαιοί,
πολλὰ δὲ τερπνὰ παθὼν ἔρχεται εἰς ἀίδην,
γηράσκων δ' ἀστοῖσι μεταπρέπει, οὐδέ τις αὐτόν
βλάπτειν οὔτ' αἰδοῦς οὔτε δίκης ἐθέλει.
πάντες δ' ἐν θώκοισιν ὁμῶς νέοι οἵ τε κατ' αὐτόν
εἴκουσ' ἐκ χώρης οἵ τε παλαιότεροι.

Ex iis quator in brevius contracti in Theognideis circumferuntur:

(935) πάντες μιν τιμῶσιν· ὁμῶς νέοι οἵτε κατ' αὐτόν
χώρης εἴκουσιν, τοί τε παλαιότεροι.
γηράσκων ἀστοῖσι μεταπρέπει, οὐδέ τις αὐτόν
βλάπτειν οὔτ' αἰδοῦς οὔτε δίκης ἐθέλει.

---

[1]) Invitus annoto Nietzschium p. 185 sq. haec dicere: „Folgende Verse also möchte ich in genauer Uebereinstimmung mit Bergk ohne Weiteres dem Mimnermus zurückerstatten: vs. 567—70; 939—42; 983—88; 877—8; 1006—1012; 1063—1070; 1129—32, *sowie die ganze μοῦσα παιδική* (mit Ausnahme von vs. 1253—4 die solonisch sind, wie viellicht auch das folgende Distichon), in der das einmalige *Κύρνε* und *Σιμωνίδη* wohl nur durch die Bosheit des Redactors für die echten Namen eingefügt worden ist."

633 Βουλεύου δὶς καὶ τρίς, ὅ τοί κ' ἐπὶ τόν νόον ἔλθῃ·
ἀτηρὸς γάρ τοι λαβρὸς ἀνὴρ τελέθει.

Ex eadem elegia sunt vs. 1003—1006:

"Ηδ' ἀρετή, τόδ' ἄεθλον ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστον
κάλλιστόν τε φέρειν γίγνεται ἀνδρὶ σοφῷ·[1])
ξυνὸν δ' ἐσθλὸν τοῦτο πόληΐ τε παντί τε δήμῳ,
ὅστις ἀνὴρ διαβὰς ἐν προμάχοισι μένῃ.

Versum 147 etiam inter Phocylidis fragmenta, vs. 472 inter Eueni numerari in summario versuum imitando expressorum memoratum est. Phocylidem vs. 147 usum esse Michael Ephes. auctor est in annotat. ad Aristot. Eth. Nic. V, 1; Eueno vs. 472 tribuunt Aristot. Metaph. IV, 5, Eth. Eud. II, 7 et Plut. non posse suav. vivi sec. Epicur. cap. 21.

V.

Quaeritur quo pacto haec chrestomathia — quo barbaro vocabulo commodi causa posthac uti liceat — orta sit. Totam historiam originis enarrare nec possim si velim, nec velim si possim. Nam nequaquam a proposito digredi volo. Itaque ad certam partem me restringam, et eam quae spectat quaestionem »utrum is qui has copias redegit ex pleniore opere seu integra adhuc gnomarum compagine enotaverit quaedam et breviorem inde summam concinnaverit, an, deperdito iam tum Theognide, loca dissoluta ex aliis scriptoribus in unum congesserit."[2]) Respondeo: neutrum fecit, sed e tribus saltem chrestomathiis excerpta congessit et novam inde chrestomathiam concinnavit. Metuens vero ne argumentatio ultra propositum ducat, nihil aliud faciam quam argumenta conferam. Incipiam a tertio summariorum in secundo capite promissorum.

39 Κύρνε, κύει πόλις ἥδε, δέδοικα δὲ μὴ τέκῃ ἄνδρα
εὐθυντῆρα κακῆς ὕβριος ἡμετέρης.
1081 Κύρνε, κύει πόλις ἥδε, δέδοικα δὲ μὴ τέκῃ ἄνδρα
ὑβριστήν, χαλεπῆς ἡγεμόνα στάσιος.

---

[1]) Stob. νέῳ.

[2]) Welcker p. CII.

1109 *Κύρν' οἱ πρόσθ' ἀγαθοὶ νῦν αὖ κακοί, οἱ δὲ κακοὶ πρὶν*
νῦν ἀγαθοί· τίς κεν ταῦτ' ἀνέχοιτ' ἐσορῶν,
τοὺς ἀγαθοὺς μὲν ἀτιμοτέρους, κακίους δὲ λαχόντας
τιμῆς, μνηστεύει δ' ἐκ κακοῦ ἐσθλὸς ἀνήρ.
ἀλλήλους δ' ἀπατῶντες ἐπ' ἀλλήλοισι γελῶσιν,
οὔτ' ἀγαθῶν μνήμην εἰδότες οὔτε κακῶν.

Compone vs. 53—60 et 183—192, quos in primo capite p. 8 et p. 5 adduxi.

---

645 *Παύρους κηδεμόνας πιστοὺς εὕροις κεν ἑταίρους*
κείμενος ἐν μεγάλῃ θυμὸν ἀμηχανίῃ.

Compone vs. 79—82, quos in primo capite p. 11 adduxi.

---

115 *Πολλοί τοι πόσιος καὶ βρώσιός εἰσιν ἑταῖροι,*
ἐν δὲ σπουδαίῳ πρήγματι παυρότεροι.
643 *Πολλοὶ παρ κρητῆρι φίλοι γίγνονται ἑταῖροι*
ἐν δὲ σπουδαίῳ πρήγματι παυρότεροι.

---

211 *Οἶνον τοι πίνειν πουλὺν κακόν· ἢν δέ τις αὐτόν*
πίνῃ ἐπισταμένως, οὐ κακός, ἀλλ' ἀγαθός.
509 *Οἶνος πινόμενος πουλὺς κακόν· ἢν δέ τις αὐτόν*
πίνῃ ἐπισταμένως, οὐ κακὸν ἀλλ' ἀγαθόν.

---

213 *Κύρνε, φίλους κάτα πάντας ἐπίστρεφε ποίκιλον ἦθος*
ὀργὴν συμμίσγων ἥντιν' ἕκαστος ἔχει.
Πουλύπου ὀργὴν ἴσχε πολυπλόκου ὃς ποτὶ πέτρῃ
τῇ προσομιλήσῃ, τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη.
νῦν μὲν τῇδ' ἐφέπου, τότε δ' ἀλλοῖος χρόα γίγνου.
κρείσσων τοι σοφίη γίγνεται ἀτροπίης.

Compone vs. 1071—75, quos in tertio capite p. 31 adduxi.

---

647 Ἤδη νῦν αἰδὼς μὲν ἐν ἀνθρώποισιν ὄλωλεν,
αὐτὰρ ἀναιδείη γαῖαν ἐπιστρέφεται.

Compone vs. 291—92, quos in primo capite p. 9 adduxi.

---

409 Οὐδένα θησαυρὸν παισὶν καταθήσῃ ἀμείνω
αἰδοῦς ἥτ᾽ ἀγαθοῖς ἀνδράσι, Κύρν᾽, ἕπεται.
1161 Οὐδένα θησαυρὸν καταθήσειν παισὶν ἄμεινον·
αἰτοῦσιν δ᾽ ἀγαθοῖς ἀνδράσι, Κύρνε, δίδου.

Stob. XXXI, 16
Οὐδένα θησαυρὸν καταθήσεαι ἔνδον ἀμείνω
αἰδοῦς, ἣν ἀγαθοῖς ἀνδράσι, Κύρνε, δίδως.

Nisi egregie fallor iam ex hoc summario perspicuum est chrestomathiae auctorem e duabus saltem chrestomathiis hausisse. Sed praeter repetitiones ab editoribus receptas, permultae sunt in codicibus, quas enumerabo. In tantum non omnibus est lectionis discrepantia.

vs. 42—43 in undecim codd. repetuntur post vs. 108.
vs. 87—90 in decem post vs. 1082.
vs. 93—94 in A (Mut.) et O (Vat.) post vs. 1082.
vs. 97—100 in decem post vs. 1164.
vs. 209—210 in A post vs. 332.
vs. 367—368 in O post vs. 1182, in K (Ven. Marc.) post 1186; in A versui 1182 subiunguntur vs. 1185—1186, tum repetuntur vs. 367—368, his subiunguntur vs. 1183—1184.
vs. 415—418 in AO post vs. 1164.
vs. 415—416 in K post vs. 1164.
vs. 441—446 in nescio quot post vs. 1162.
vs. 555—556 in A K O post vs. 1178.
vs. 571—572 in decem post vs. 1104.
vs. 619—620 in sex post vs. 1114.
vs. 853—854 in omnibus post vs. 1038.
vs. 877—878 in nescio quot post vs. 1070.
vs. 945—950 in A post vs. 1278.

vs. 1095—1096 in duodecim post vs. 1160.
vs. 1101—1102 in A post vs. 1278.
vs. 1107—1108 in A post vs. 1311.
vs. 1151—1152 in A post vs. 1238.

Huc accedit quod in principio duplex est invocatio deorum, una Apollinis ac Dianae, altera Musarum Gratiarumque. Neque illud praetermittendum est, hic illic binas sententias apparere, quae locis separatae adeo inter se connexae et aptae sint ut fieri non possit quin olim eiusdem elegiae fuerint. Quid velim exemplum illustret. Lege sis vs. 923—930:

